



# **Specimen historico-juridicum inaugurale de juribus toparchicis, quae dicuntur ratione habita novissimae legis imperii**

<https://hdl.handle.net/1874/321389>

3

SPECIMEN HISTORICO-JURIDICUM INAUGURALE

DE

JURIBUS TOPARCHICIS,

QUAE DICUNTUR,

RATIONE HABITA NOVISSIMAE LEGIS IMPERII.



LIBRARIUS TOTARCHIS

NATIONE HABIT & MORIBUS

SPECIMEN HISTORICO-JURIDICUM INAUGURALE

DE

# JURIBUS TOPARCHICIS,

QUAE DICUNTUR,

RATIONE HABITA NOVISSIMAE LEGIS IMPERII,

QUOD,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI,

**HERM. JOH. ROYAARDS,**

THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

**Pro Gradu Doctoratus,**

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

**JOANNES FREDERICUS VAN REEDE,**

**Rheno-Trajectinus.**

DIE XXVII M. FEBRUARII A. MDCCCL, HORA III.

---

TRAJECTI AD RHENUM,

APUD J. A. VAN WOESTENBERG.

MDCCCL.

LIBRUS TOPARCHICUS

QUAE QUINQUE

LIBRUS LIBRA NOVEM LIBRAS

LIBRUS LIBRA NOVEM LIBRAS

LIBRUS LIBRA NOVEM LIBRAS

LIBRUS LIBRA NOVEM LIBRAS

LIBRUS LIBRA NOVEM LIBRAS

LIBRUS LIBRA NOVEM LIBRAS

LIBRUS LIBRA NOVEM LIBRAS

LIBRUS LIBRA NOVEM LIBRAS

LIBRUS LIBRA NOVEM LIBRAS

LIBRUS LIBRA NOVEM LIBRAS

LIBRUS LIBRA NOVEM LIBRAS

LIBRUS LIBRA NOVEM LIBRAS

LIBRUS LIBRA NOVEM LIBRAS

LIBRUS LIBRA NOVEM LIBRAS

LIBRUS LIBRA NOVEM LIBRAS

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA K. J. GIEREN.

VIRO AMPLISSIMO

PETRO VERLOREN

VAN THEMAAT,

JUR. UTR.<sup>3</sup> DOCT.,

CURIAE PROVINCIALIS TRAJECTINAE CONSILIARIO, CIVITATIS RHENO-  
TRAJECTINAE SENATORI, CAET.

ORDINI EQUESTRI LEONIS NEERLANDICI ADSRIPTO,

AVUNCULO CARISSIMO

*SACRUM.*



VINO AMERICO

ELTIO VERMOREL

VAN TERNAT

ELTIO VERMOREL

ELTIO VERMOREL

ELTIO VERMOREL

ELTIO VERMOREL

ELTIO VERMOREL

*Praefandi negotium, quamvis ad libri intellectum non requiretetur, avide tamen suscepi, ut publice alloquerer eos, quorum vel amorem et humanitatem per totam vitam expertus sum, vel praecepta recordor, quae mihi ad studia fuere saluberrima.*

*Et quem prius compellarem, quam Te, Vir Amplissime, P. VERLOREN VAN THEMAAT, Avuncule Carissime! qui Tuâ solitâ inque me praesertim maximâ benignitate meorum studiorum primitias accipere non dubitasti. Noli vero putare, me, quum Tibi dedicarem Opusculum, existimasse, ita simul me quoque Tuo praesidio vere dignum futurum; credidi tantum, neque spes illa vana, fore ut Tui imprimis inclyti nominis auctoritate Specimen meum ea, qua par est, benevolentia ab Eruditis reciperetur. Atqui vera causa, cur tam illustres operis mei aditus fecerim et Tuum nomen in huius libelli fronte scripserim, haec est: Publice Tibi quaecunque observantiae signum sensusque gratissimos offerre volui: a quo enim tempore Ca-*

rissimum meum alte mente repostum Patrem acerbissimum fatum,  
cheu! maturius nobis eripuit, mihi meisque assidue cum Pater fuisti  
sollicitus, tum Te, prudenti consilio, benevolentissimum praebuisti;  
quam curam, licet de humanitate Tua non dubitem, tanti tamen  
facio, ut Te etiam atque etiam obtester, eodem nobis maneat animo.  
Tuam integritatem, si quid vota valent, Deus Optimus Maximus Tibi  
incolumem servet, »duplices supplex palmas ad sidera tendo,» sitque  
Tibi fausta ac vegeta senectus!

Ad Te, Veneranda MATER! meam convertere orationem, mihi  
difficile est, non inopia sed abundantia rerum, quas Tibi pandere  
velim: nam varios amoris, quo Te amplector, et gratissimi animi  
sensus, quomodo Tibi aperiar nescio, nec, si scirem, hoc loco verbis  
exprimerem. Quanam enim mihi copia fandi mentem meam reprae-  
sentarem? Tuus in me amor pudorem incutit; Tui vero pietas in-  
gens imo in corde aestuat! Mea Tui sollicitudo, quæ Tuis in me



curis comparari queat? Tibi colendae cuncta mea vita sacra sit! MATER pia, liberorum Tuorum amor, in quorum salute Tuam omnem ponis felicitatem, reliquam vitae partem Tibi reddat dulcem et beatam, Deusque Omnipotens committat, ut nostro amore ad summam salutem fruarer.

Praceptorum, quos humanissimos doctissimosque habui, antequam stadium ingressus sum Academicum, Tu agmen ducis, Praestantissime P. DE RAADT, in cuius Villa, educationi ac disciplinae sacra, nomine Noorthey, per quinquennium mihi contigit laetissimam degere vitam: nam etiamsi Te puer amore et aestimatione prosequerer, postea demum, quum reputarem, quales quantosque fructus ex institutione Tua percipere possem, in literis humanioribus disciplinisque, olim a te traditis, vitae meae tabernaculum collocavi. Pro assidua quoque cura, qua me, ut filium, pro egregia Tua virtute, tuitus es, sempiternas Tibi gratias agam. Nimirum mihi Noorthey non solum

*ludus fuit litterarum disciplinarumque, verum etiam in domo Tua, Spectatissime DE RAADT, earum amor in me ita excitatus est, ut eas non ob vitae necessitates colere, sed ipsas propter se amare instituerem. Qua in re magnopere quoque mihi profuerunt praestantes laudatque Magistri, quos in Noorthey nactus sum et quorum imprimis Vestram sincera mente recordor amicitiam, J. H. VAN SILLEVOLDT, L. R. BEYNEN et C. HERGT. Credite me Vobis, pro institutione Vestra, debitas agere gratias.*

*Ne mihi, stadio ludi litterarii confecto, si e scholastica disciplina in liberum civium Academicorum vitam subito transirem, mutatio nimia foret, contigit mihi, ut Tua in domo, Aestumatissime A. EKKER, circiter biennium versarer. Tuo auxilio animus meus per illud tempus antiquis ita imbutus est literis, ut a Te amico Praeceptore in Clarissimorum Virorum transgrederer scholas. Utrum vero rationem, qua, Te duce, Graecos Latinosque Poëtas ac Philosophos tractarem,*

*an vero familiaritatem, quae in domo Tua vigeat, gratiore memoria  
prosequar, non ausim dicere; verum hoc certum est, lubensque pro-  
fiteor, me huius commorationis ac familiaritatis annos semper jucun-  
dissimos durisse juvenilis aetatis.*

*Secuta est vita Academica. — Grati animi officio jam lubens  
fungor, Vobis palam gratias agendi, Viri Clarissimi, Acade-  
miae Rheno-Trajectinae Professores, omnibus, quos do-  
centes audire, mihi contigit.*

*Non possum, quin Te nominatim compellem, Vir Clarissime VAN  
GOULDOEVER, Tibique me gratum significem pro benevolentia, quam  
saepius expertus sum.*

*Tibi quoque, Clarissime HOLTIVS, me gratias agere juvat, utpote  
qui me domum Tuam cum liberalitate recepisti.*

*Imprimis vero gratissimo animo recordabor beneficia, quibus Tu,  
Aestumatissime Promotor VREEDE, me cumularisti, qui nec*



*tempori nec operae pepercisti, ut mihi in scribendo hoc Specimine opitularere mihi que de libri conscribendi ratione adhuc dubitanti consiliis Tuis praesto esses: quum insuper Te humanum gesseris eo, quod innumeros e Tua Bibliotheca libros adire Tua mihi concesserit benevolentia. Gratum, quaeso, accipias discipulum, qui se liberalitate Tua Tibi semper devinctum sentiet.*

*Neque minus sane juvat Vestri meminisse AEQUALES, quos amicos habui, nonnullos Sodales, in curriculo Academico. Plurimum sane Vobis, Amici dulcissimi! (quidni palam profiterer)! Vestraeque debeo amicitiae, quum tales mihi in Academia evaderetis, quales in condiscipulatu fueratis: in rerum temporumve vicissitudinibus certi sincerique amici.*

*» O Noctes Coenaeque Deum!'' toties succurrit, quoties in illius felicissimi temporis redeam memoriam, quod cum nonnullis Vestrum*

*vel scientiis studens vel animum oblectans artibus liberalibus, maxime Musicâ, vel seriis colloctionibus consumsi.*

*Intempestive sane Vos singulos equidem valere juberem, cui serius ociosve abeuntes idem illud Vale jam dixistis: Vos omnes enim ex Academia profectos, Societas — monstrum illud insatiabile vastusque gurges — jam recepit, jamque nonnulli Vestrum, »mersi civilibus undis,» in ore et fama versantes, suum nomen per Patriam circumferri viderunt; nunc demum ego, Vestrum omnium ultimus, studiorum curriculum decem annorum emensus, illi me quoque offero, omnia vel nihil ex eius mobilitate expectantem. — Esto! — Vobis, meis in Academia amicis gratus sim et acceptus, neque amicitiae vinculum, quod nos conjunxerat Sodales, aut interjecto temporis locorumve spatio, aut usu sociali rumpatur, hoc est, quod etiam atque etiam rogo.*

*Denique Vobis omnibus, quotquot, libris manuscriptisque praebitis,*

*benevolentiam Vestram mihi non denegastis, palam ex animo gratias ago; profecto si quid boni in hoc meo Specimine inveniatur, huius laudis partem Vobis quoque debeo.*

*Lectorem autem humanissimum, ut hunc laborem benigne excipiat qualis sit, non qualis esse posset, rogatum velim. Igitur cum Ovidio dico:*

*»Parve (nec invideo) sine me liber ibis in Orbem:*

*» . . . . .*

*»Vade, sed incultus 1).*

---

1) Tristium Lib. I. Eleg. 1.

Scrpsi d. 18 Februarii 1850.



# CONSPECTUS.

## PARS PRIMA.

§ I. Ad verba Legis: »*Heerlijke Regten.*»..... Pag. 3

Distinguuntur Jura Toparchica a Juribus, quae originem trahunt e Jure Feudali. — Quid sit Jus Feudale. — Unde ortae sint Toparchiae et Jura Toparchica. — Jura, mancipii s. servitutis sequelae, *Toparchica* perperam dicta. — Distinguuntur a Juribus Feudalibus et Toparchicis Jura, quae non nisi fructus fundi dominii et quae directe profluunt e contractu. — Secundum quanam principia examinanda sint Jura Toparchica. — Nostro Article non nisi ea Jura, quae *proprie* Toparchica dicuntur, impugnantur.

§ II. Ad verba Legis: »*Openbare betrekkingen.*»..... 13

Variae definitiones. — Publica Jurisdictione a Jurisdictione Domestica olim diversa. — Ratio, cur postea evanuerit illa distinctio. — Separatim de nonnullis Dominorum Officialibus:

De SENESCALLO.....	Pag. 17
De BALLIVO.....	19
De PRAEPOSITO S. MAJORE.....	21
De SCULTETO.....	23
De MESSORE.....	25
De PRAECONE.....	27



	Pag.
De SERVIENTIBUS V. MINISTERIALIBUS.....	29
De LUDI MAGISTRO.....	33
De Praefecturis Aggerum et Hydrarchiis.....	36
De Officiis minoribus.....	52

§ III. Ad verba Legis: »*Zijn afgeschafft.*»..... 54

Trifaria interpretatio.

§ IV. DE COMPENSATIONE DAMNI..... 58

An sine damni compensatione extincta Jura illa, quae spectat al. 1<sup>a</sup>. — Nonnullorum de damni compensatione sententiae. — Jura, de quibus sermo, ante A<sup>m</sup> 1795 Juris Privati objecta et in commercio. — Vario- rum sententiae hac de re. — Damni compensationis aequitas. — Quae- nam in censum venire debeant ad compensationem computandam. — Quomodo ordinanda. — A quibusnam solvenda. — Si in causam descendatur, penes quem hac de re esse debeat cognitio. — Quisnam judiciorum ordo.

PARS SECUNDA.

§ I. Ad vocem: »*Opheffing.*»..... 77

Verba *afschaffen* et *opheffen* non synonyma.

§ II. Ad verba Legis: »*Overige Heerlijke Regten.*»... 81

Certi cuiusdam juris indoles ac prisca natura indaganda et inde diju- dicanda. — An Jura Toparchica *proprie iia dicta* tantum spectaverit Legislator al. 2<sup>a</sup>, an vero etiam quae, etsi nullo jure, eo nomine ve- niant. — An observanda sit Judici ea mens Legislatoris. — GROTIJ de interpretatione sententia. — De quibusnam Juribus in hac Disquisi- tione dicatur.

§ III. DE JURE PATRONATUS..... 88

Juris Patronatus natura et historia. — Jus Patronatus fundo indissolubile inhaerens. — De Juris Patronatus ambitu. — De Jure Patronatus feudali. — Magni momenti in Jus Patronatus Reformatio Ecclesiae. — Quid de Jure Patronatus statutum sit Synodo Dorderacena clausa. — Remedia ad abusum tollendos adhibita. — De peculiari Jure Patronatus in Frisia. — Lex Imperii A<sup>i</sup> 1798 et aliae Leges A<sup>orum</sup> 1806, 1814 (d. 26 Martii et d. 28 Sept.) et 1815 (d. 1 Febr.) invicem collatae. An ex hoc Articulo recte impugnari possit. — Jus Patronatus non Toparchicum.

§ IV. DE CENSU..... 104

De vocis significatione. — De Censuum differentiis. — De Censuum origine. — Censuum ab Emphyteusi diversus. — De Censu *dominico*. — De vocis Censuum vario intellectu. — Censuum, uti hodie vulgo occurrunt, ne tangunt quidem Jus Toparchicum. — Quomodo de Censibus senserint Icti Gallici. — De praestationibus nonnullis, quae proprie Censuum non habendae sunt.

§ V. DE DECIMIS ATQUE EIUS GENERIS REDITIBUS..... 116

De Decimarum indole et origine. — Variorum hac de re sententiae. — De Decimarum ac Censuum eodem fere characterem. — De Decimis Novalibus. — De praestationibus aliis, nomine *Heerenguldens*. — De Decimis, *Koptiende* vocatis, in *Gooiland*. — Decimae cum proprie ita dictae, tum Novalis, quocumque alio nomine gaudeant, Toparchicae non habendae, nec ergo impugnatae e nostri Articuli Al. 2<sup>a</sup>.

§ VI. DE FUNDO COMMUNI, DE LOCIS INCULTIS, DEQUE JURIBUS, QUAE CIRCA EA TOPARCHIS COMPETUNT... 136

Distinguenda fundorum s. saltuum communium diversae species. — Minus accurate distinxisse Consult. QUARLES VAN UFFORD contendit.

tur. — De differentiâ *dominii utilis* et *dominii superficiei* vel *juris fructuarii superficiei*. — Jus *dominii directi* in fundum quendam communem non Toparchicum, quando Alodialis Toparchiae Domino competens. — An sit Toparchicum jus *dominii directi* in fundo communi, quando competat Domino Toparchiae, ante A<sup>m</sup> 1798 feudalis. — Jus arbores plantandi in pascuis publicis. — Fundorum communium et Wastinarum dominium. — Jus illud *dominii*, nec caetera jura utilitatis vel superficiei, Toparchica habenda. — Ejusmodi jura ex Al. 2<sup>a</sup> nostri Articuli non impugnantur.

§ VII. DE FLUMINUM VIARUMQUE DOMINIO ET QUAE EX EO  
JURA PROFLUUNT..... 152

Flumina minora aquarumque decursus ab antiquissimis privati *dominii* objecta. — De viis majoribus. — De minoribus. — Quae nam jura *dominii* titulo Toparchis competant in fluminibus aquarumque decursu et in viis. — Oppugnatur Viri Consult. OLIVIER Commentarius in Articulum 577<sup>um</sup> Codicis nostri Civilis. — Jura, quae ex fluminum aquarumque decursu viarumque *dominii* jure directo profluunt, Jura Toparchica proprio sensu haberi nequeunt.

§ VIII. DE MOLENDINA BANNALI ET DE JURE VENTI..... 163

Vocis *Banni* variae notiones. — Cum Molendina Bannali *Juris Venti* necessitudo. — Incerta origo. — Distinctio, quae in foro Gallico obtinere solet. — Bannum e servitute deductum. — Ex Jurisdictione. — Jus *Venti Regale* habitum. — Jus *Venti* e fundi jure *dominii* directe profluens. Jus *Venti* non Toparchicum, ideoque e nostro Articulo non impugnatum.

§ IX. DE JURE MERCATUS SIVE NUNDINARUM..... 175

Cum Banno cohaeret. — Unde profluat. — Quomodo cum hac materie cohaereant oppidorum pagorumque tributa et accisae, quae dicuntur.



§ X. DE JURE RETRACTUS..... 179

Definitiones. — Variæ species. — Origo. — De Jure Retractus Toparchico dicto. — Nec feudale habendum, nec vere *Toparchicum*, sed fundi domini juris sequela. — Non impugnatur e nostri Articuli Al. 2<sup>a</sup>. — Constitutione A<sup>o</sup> 1798 non extinctam habendum. — Nec magis silentio Codicis nostri civilis. — Casus positio et Quaestiones.

§ XI. DE JURE VENATIONIS AC PISCATIONIS..... 194

Variæ de Juris Venandi natura sententiæ. — Jus Venandi ac Piscandi non universe *Regale*. — De Jure Venandi in fundis alienis. — Edictorum CAROLI V interpretatio. — Jus Venationis ac Piscationis non feudale. — Nec Toparchicum. — Non impugnatum e nostri Articuli Al. 2<sup>a</sup>. — De Jure Venationis Equestris.

§ XII. DE CORVEIIS, DE ANGARIIS ET PARANGARIIS, DE MANOPERIBUS ET CAROPERIBUS..... 216

Corveiæ *personales* et *praediales*. — De Corveiarum origine. — Jus Corveiæ non Toparchicum. — Non impugnatur e nostri Articuli Al. 2<sup>a</sup>.

§ XIII. DE JURE CURTIS DEQUE JURIBUS, QUAE EX EO PROFLUUNT..... 228

Vocis *Curtis* significatio. — Servitutis, *Hoorigheid* vocatae, origo, indoles et ambitus. — An servitus illa extincta habenda sit.

§ XIV. NONNULLA DE JURIBUS PRIMAE NOCTIS, CULLAGII, MARCHETAE, MARITAGII, BUMEDIS, AFFORAGII, caet. 249

Jus Primae Noctis. — Cullagium. — Perstringuntur convivia nuptialia hodierna. — Jus Marchetae. — Diversa nomina, quibus Jura illa occurrunt.

§ XV. JURUM TOPARCHICORUM, QUAE VULGO DICUNTUR, FATA INDE AB ANNO 1795.....	251
1795.....	Pag. 251
1797.....	256
1798.....	258
1801.....	261
1805.....	273
1806—1808.....	275
1810—1814.....	280
1814—1848.....	282

§ XVI. Ad verba Legis: » <i>kunnen door de Wet worden vastgesteld</i> ».....	306
--	-----

Verba illa improbanda videntur.

§ XVII. Ad verbum Legis: » <i>geregeld</i> ».....	309
---	-----

Variis modis damni compensationem ordinare licet. — Damni compensationis vel redemptionis praetium definire non difficile.

---

### PARS TERTIA.

---

DE LEGISLATORIA POTESTATE JURE NATURALI CIRCUMSCRIPTA ET DE DAMNI COMPENSATIONE PRO JURIBUS, TOPARCHICIS DICTIS, EXTINGUENDIS NECESSARIA, EX JUSTITIAE PRAECEPTIS DEDUCTA. 313

---

---

Verissimum illud, omnia incerta esse simul a jure recessum est.

GROTIUS.

---

Die ganze Wirksamkeit der Staatsgewalt muss innerhalb der Grenzen des Rechts bleiben.

BAUER.

---

**VERBA LEGIS, QUAE IN HAC DISQUISITIONE  
ILLUSTRANTUR.**

De **Heerlijke Regten** betreffende voordragt of aanstelling van personen tot **openbare betrekkingen**, zijn **afgeschast**.

De **opheffing** der **overige Heerlijke Regten** en de schadeloosstelling der eigenaren **kunnen** door de wet worden **vastgesteld** en **geregeld**.



**PARS PRIMA.**

PARIS PRIMA.

## **PARS PRIMA.**

### § I.

#### **„Heerlijke regten.”**

Legis fundamentalis Articulo additionum articulorum quarto cum de Juribus Toparchicis (*Heerlijke regten*) 1) sermo sit, non alienum mihi videtur investigare, quid revera sit Jus Toparchicum; nec parvi momenti haec investigatio duci potest, cum sine dubio permulta jura, *Toparchica* quae vulgo hodie vocantur, *Toparchica* nequaquam nec ullo jure habenda sint: nam haud scio, an non temeraria videri possit sententia Administris temporarii rerum domesticarum, dicentis: »van waar de heerlijke regten afkomstig zijn, behoef ik niet te ontvouwen” 2).

Lege Imperii jam anni 1798 distinguebantur *Jura Toparchica* a Juribus, originem quae ducunt e *Feudali Regimine* sive *Jure Feudali*; quod facile patebit inspicienti ejus Constitutionis artt<sup>os</sup>. 24 et 25. — Et recte distinguebantur: nam ab omni tempore

1) Proprie dicitur in genere *Jus dominicum*, ne vero confunderetur cum voce *Juris domini*, *Juris Toparchici* nomine uti malui.

2) Cf. *Bijblad tot de Nederl. Staats-Courant*, p. 1009. (Consessu 7 Oct. 48).

nihil commune habebat Jus Feudale cum Jure Toparchico, quod permultis scriptoribus satis demonstratum et rebus judicatis s. Jurisprudencia, quam dicunt, quoque receptum est.

Attamen hodie adhuc nonnumquam a Jurisconsultis confunduntur, quamvis consulto fortasse et callide, teste LIPMAN in disceptatione forensi 11 Octobr. et 18 Oct. 1841 coram Ultrajectina Curia 1): »Zoo, om eene andere *gronddwaling* te noemen,» inquit, »en welker invloed op het geheele stelsel beslissend is, heeft hij (partij) altijd en door den geheelen loop zijner voordragt *heerlijk regt* en *leenregt* als synoniem gebruikt, en onderling verward, en die verwarring tot stelsel verheven, niettegenstaande niets zekerder, niets meer onwidersprekelijk is, dan dit, dat er leenregt is, dat niet heerlijk is, en dat er heerlijk regt is, dat geen leen is.»

.....  
..... »Wij zagen reeds hoe mijn ambtgenoot (partij). . . hier, door zijne gansche voordragt heen, *moedwillig* en *opzettelijk* heerlijk en leenregt heeft verward.»

Argumentum refutationem non admittens duci licet ex eo, quod in Provincia Groningana, nunquam ubi Feuda invaluerunt, revera jura Toparchica semper exstiterint, unde recte animadvertitur a LIPMANNO: »Waar de Leenpligt nimmer bekend is geweest en nogtans heerlijke regten bestaan, kunnen deze niet uit gene oorspronkelijk zijn" 2).

Non ex feudali regimine orta esse Jura Toparchica, facile patebit, si feudi naturam accuratius perpendas: *feudum* enim

1) Cf. *Weekblad van het Regt*, 24 Maart 1842, N<sup>o</sup>. 271, 28 Maart 1842 N<sup>o</sup>. 272.

2) Cf. *Weekblad van het Regt*, 28 Maart 1842, N<sup>o</sup>. 272. Orat. LIPMANNI.

non nisi traditio est *dominii utilis haereditarii*, sub conditione fidei et obsequii, auxilii et consilii ab una, et defensionis sive tutelae ab altera parte, quae in investiturae documentis contrahentes stipulabantur: »Leenregt,“ ita GROTIUS 1) definit, »is een erfelyke onsplysbare togt op eens anders onttilbaer goed, met onderlinge verbintnisse van schut (Protectie) aan de eene zyde, ende plicht van manschap (Homagie) ende heergewaden (*laudemiarum*) aan de andere zyde.“ — Ipsum feudum a SCHRASSERT 2) ita definitur: »Est enim *Feudum* genus clientelae, quo vel dignitas vel vectigal, vel praedium aliquod ea lege alicui utendum fruendum datur, ut et ipse, ipsius posterum et haeredes beneficii auctorem perpetuo Dominum agnoscant et pro Patrono colant eiusque Caput, existimationem et fortunas tueantur. . . . .

Jusque Domino reservatum dicitur *Dominium directum*; quod apud multos licet misere vapulans, in usu tamen receptum Feudali, proprie notat Proprietatem, ad differentiam *Dominii utilis*, jus utendi fruendi, quod in Vasallum transit, demonstrantis.”

Vinculum igitur solummodo erat Patronum inter et Vasallum. Quonam vero modo ex hoc contractu oriri potuerint jura ea omnia, quae hodie jurum Toparchicorum nomine gaudent, difficile sane explicatu; — non autem praedia solummodo et fundi, sed officia quoque et Jurisdictio in feudum dari solebant, et hac ex delegatione *Jurisditionis*, quae Principi unice

1) *Inleid.* etc. II. B. 41 dl. § 1.

2) *Manipulus sicilianorum feudal.* Cap. I. § 3.



propria erat 1), orta esse jura Toparchica s. Dominica existimo. Ipsa enim haec Jurisdictionis delegatio Toparchiam, proprie ita dictam, constituebat. Verba sunt Cel. STOCKMANS 2): »Itaque nihil aliud est Toparchia, quam potestas et jurisdictio instar feudi concessa, complectens merum et mixtum Imperium, ac infimam seu fundariam jurisdictionem; et Dominus Pagi quem vocamus non aliud est quam Praetor perpetuus, aut Praeses Jurisdictionis illius territorii ubi Dominus est.»

Ita etiam fundi cum feudales tum allodiales non nisi ea conditione dici potuerunt Toparchiae, nisi Dominis in feudum data esset Jurisdictio vel omnimoda, vel alta, vel media, vel bassa, secundum quam competentiam distinguebantur *Toparchiae* et *Ambactiae* 3), (*Hooge en lage of Ambachts-Heerlijkheden*); nec erat inseparabilis ea Jurisdictionis delegatio a feudo 4), innumera cum fuerint feuda sine Jurisdictione; quam ob caus-

1) Cf. A. KLUIT, *Hist. der Holl. Staatsreg.* IV. dl. p. 59.

2) *Dec.* XC. 2.

3) *Dynastiae* vocari magis solebant Ducatus, Comitatus et Baroniae.

4) Quod jam docet SAM. STRIJK, *Examen Juris Feudalis, Methodo Institutionum dispositum*, Cap. VIII. 18: »Sed an Castro vel Pago in feudum dato, etiam *jurisdictio omnigena* in feudum data censetur? Neg. quia haec a feudo separata, et alius pagum, alius Jurisdictionem habere potest, nisi tamen vel *jurisdictio* expresse simul concessa, vel *Jurisdictio* et *Imperium* illi cohaereat; ubi per consequentiam transit.» — Nec non A. KLUIT, *Op. l.* p. 58, his verbis: »Daarbij konden zij (de Edelen, in hunnen eersten en voormaligen stand, als *Grondeigenaars of vrije Grondbezitters*) volgens het meer bekrachtigd Leen-Systema van dien tijd, van de Graven uit hunne Domeinen ook *Leengoederen* bekomen, en bekwamen dezelve, met der daad, 't zij deze Leenen bestonden in *enkel vaste goederen, landen, of rechten*, zonder of met *bewind over de bewoners*, dat is, met of zonder *hoo-gen of lagen regtsdwang* (*Jurisdictie, Hooge of Ambachts-Heerlijkheden*).»

sam Toparchiae 1) non erant; quod clarius etiam patet ex eo, quod Saec. 18<sup>vo</sup> fundi nonnulli a Republica venditi sint (non *in feudum dati*, sed *venditi*) cum delegatone expressa cuiusdam partis Jurisdictionis, vel publica quadam auctoritate delegata ad Ambactos creandos vel instituendos, quae publica auctoritas, ut dixi, solummodo Toparchiam efficit; qua occasione propter fiscum sive commodi pecuniarii causa vinculum feudale iis annexum est, quod accessorium igitur.

Eiusmodi emtiones venditiones sub nexu feudali accessorio Saec. 15<sup>o</sup> jam in usu fuisse, constat; exemplum afferre e MEYERI Responsis juris non inutile videtur: »By zekere opene Brieven van 28 Maart 1478,» ita MEYER 2), »hebben MAXIMILIAAN VAN OOSTENRYK EN MARIA VAN BOURGONDIE, des tyds Graaf en Gravin van Zeeland, erkend, uit nood van gelden. . . . .

. . . . .  
aan den Heer FLORIS, Bastaard VAN BORSELEN, Ridder, natuurllyken zoon van den Heer FRANK VAN BORSELEN, Graaf van Oostervant voor eene somma van 2282 ponden en vyf schellingen te hebben *verkocht* de Heerlykheid C., om die te bezitten en te behouden, als een onsterfelyk Erfleen van de Graven en Gravin- nen van Holland en Zeeland; wordende die Heerlykheid by dezelve Opene Brieven omschreven in deze bewoordingen” enz. . . . .

De qua venditione sub nexu feudali MEYER 3) haec affert: »wanneer men inziet de eerste Brieven, hiervoren omtrent de Heerlykheid C. aangehaald, die namenlyk van Aartshertog

1) *Toparchiae* nomine in genere uti mihi proposui, nisi speciem indicare opus sit.  
2) *Consil.* III. pag. 31.  
3) *Op.* I. p. 40.



MAXIMILIAAN VAN OOSTENRIJK EN VROUWE MARIA VAN BOURGONDIE van 28 Maart 1478, dan blijkt daaruit een zonderling mengsel van de Leenregten met die van de gewone Wetgeving. Aan den eenen kant toch erkent de Vorst, de Souvereine Leenheer, aan Heer FLORIS, Bastaard VAN BORSELEN, te hebben verkocht een *Domein*, en zulks tegen betaling van eene bepaalde som; en aan den anderen kant geeft hij, ten gevolge van den koop, geene overdragt van eigendom, maar hij behoudt zich den eigendom als ware het voor, zoodat het *verkochte domein* voorkomt, alsof hetzelfde door hem *ter leen ware uitgegeven*. Niet zoo de oorspronkelijke instellingen van het Leenregt. Was het een *feudum datum* of *collatum*, dan gaf de Heer het leen uit tegen zekere doorgaande diensten of verplichtingen; was het een *feudum oblatum*, dan droeg de oorspronkelijke eigenaar zijn regt van eigendom op aan den Heer, wiens schut en scherm hij verlangde, en ontving hij het enkel ter leen terug, onder verplichting van hulde en manschap. Het leen was wel bij gevolg van tijd een alienabel regt geworden in handen van den Vasal, maar tusschen Vasal en Leenheer kon geen koop worden gesloten; de Leenheer kon den eigendom behouden en dien ter leen uitgeven; hij kon des noods voor de uitgifte ter leen eene recognitie hebben bepaald; doch de eigenaar verkoopende, droeg al zoodanig regt over, als hij op het goed had, dat is, het bleef allodiaal in handen van den kooper, zoo het allodiaal was geweest; of het was leen, doch alleen pligtig aan den Heer, wien de Verkooper hetzelfde ter leen opdroeg 1)."

1) Caeterum eiusmodi venditionum nonnulla exempla afferri possunt ex libro quodam, cui titulus: *Het regt van syne Hooghejd den Heere Prince van Orange en Nassau etc. tot het Marquisaat van Veere en Vlissingen, bewezen met au-*

Ipsa bona *Dominica* distinguuntur a bonis *Feudalibus* quoque a SCHRASSERT 1): »Causam, quam ob rem haec bona (*Dominica* scil.) multo duriori legi suos adstringunt possessores, quam bona *Feudalia*, non difficulter reperiemus, modo in originem horum bonorum juxta ac *Feudalium* inquiramus." In qua tamen inquisitione *Jurisconsulto* *Gelrico* non in omnibus videtur adsendendum.

E quibus facile deduci licet, non directe e feudali regimine, sed speciali e delegatione *Jurisdictionis* et *Publicae Auctoritatis* nata esse *Jura Toparchica*, proprie ita dicta.

Nec raro sermo est de *Juribus Toparchicis*, *mancipii* vel *servitutis sequelis*, et fortasse adesse etiamnum *jura*, quae *servituti* vel potius *communi manumissioni* sive *liberationi* per *Chartas* et *Libertates* (*Keuren en Vryheden, Stad- en Landregten*) *Saeculis XII, XIII et XIV*, originem debeant, negare sane non audem; quid vero de iis sit existimandum, jam investigabo suo loco, cum de *Juribus* separatim agam, quae vulgo *Toparchica* dicuntur. Si autem adsint, *Jurum Toparchicorum* numero quin comprehendendi non debeant vel possint, non dubito: non enim *Toparchiarum Dominis* tantum competebant eâ qualitate, sed omnibus *fundi possessoribus*, quamvis *Toparchae* titulo carentibus. Quod autem fere in solis *Toparchiis* quaerenda sint, nulla alia est ratio, quam quod longe plurimi *fundi possessores* et *feudales* et *allodiales*, *fundorum majorum* saltem paene omnes, eos *fundos* creari *Toparchias* curaverint, vel ma-

---

*thenticque stukken, deductien, resolutien etc. Behelzende teffens eenige Consideratiën omtrent de onlangs ondernomen Devasalleeringe van dien, enz. te Franeker by WILLEM COULON, 1733.*

1) *Periocha Juris Dominici*, § 2.

turius, vel tardius; quare non periculosa mihi positio videtur, olim Toparchiarum Dominos prope solos fundum possedisse paullo ampliorem 1).

Erant etiam sine dubio ea jura legitimi ac bene acquisiti dominii sequelae; nemo sane negabit, olim legibus dominorum in servos jus agnitum fuisse. Hodie vero tollenda vel potius extincta censenda esse ea jura, utpote sequelas dominii, hodie non amplius agniti, libenter concedo: ne tollantur autem titulo *Jurum Toparchicorum*: sunt enim juris privati, non publici; vel ut Gallicis utar vocabulis, quae distinctionem bene expriment: sunt jura *de Sieurie*, non vero *de Seigneurie*.

Nec raro denique in *Jurum Toparchicorum* numerum referuntur, quae revera fructus dominii fundi, vel etiam quae profluunt e contractu; verum *Jura Feudalia* et *Toparchica* sine ullo dubio distinguenda esse a juribus illis *realibus* juris civilis, jam docet Art. 25 Constitutionis A<sup>i</sup>. 1798 2), et recte quoque receptum est in foro hodierno.

Nec igitur demonstrare mihi opus erit, ejusmodi jura non posse haberi Toparchica, cum nihil commune habeant cum Toparchiae essentiâ, nec possideantur nisi titulo dominii fundi; — neque aliquid obstet, quin recte possideantur a fundi domino quocunque et ab eo vendantur vel alienentur quovis modo ut dominii pars. Ea vulgo tantummodo inveniri apud Toparchiarum Dominos, eadem causa nititur, quam jam antea memoravi, nimirum olim tantum non omnem fundum possedisse Toparchas cum dominii directi titulo tum utilis.

---

1) Cf. A. KLUIT, *Op. l. IV. dl. Hoofdst. III. passim.*

2) Cf. quae hac de re dixerimus *Parte huius disputationis Secunda, in finē.*



Itaque non sufficit vulgo, quondam possessa esse jura Toparchica et jura domini feudali titulo, ut, abolito feudali regimine, extincta habeantur. Art.<sup>o</sup>. 16<sup>o</sup> Constitutionis A.<sup>i</sup>. 1801 nexus feudalis quidem sublatu8 est et *Feudalia* bona omnia declarata sunt *Allodialia*; non tamen erit, opinor, qui sustineat, eam ob causam e. g. ipsum fundi dominium, quando titulo feudali possessum, fuisse sublatum; — fundi dominium tantum ex feudali allodiale factum est; per consequentiam omnia etiam jura, feudali quando titulo possessa, allodialia evaserunt in manu possessoris, minime gentium vero extincta. Verum ista tantum jura periisse censenda sunt, directe originem quae ducunt ex feudali regimine, et hodie adhuc tollenda sine ulla controversia, si talia forte probentur. Recte sane H. BOSSCHA 1): »Fuerunt et sunt etiam hodie, qui omnia illa jura feudalia vocarent, quibus feudi nomen ita optatum videatur, ut eo utantur, ubi genuina adsit domini natura.” — Nec non RAEP-SAET 2): »Comment donc est-il possible d’avoir vu et de voir encore, quelques fois des jugements et même des arrêts, proscrire un droit ou une redevance comme *féodale de sa nature*? est-ce par ignorance ou par esprit de parti? Il n’y a de droit, ni de service, qui puisse être *féodal*, que celui qui est chargé de *foi et hommage* 3); tout autre est allodial de sa nature et

1) Specimen Historico-Politicum Inaugurale de *Institutionis procuratore ex antiquissimo Jure Publico in Patria nostra*. p. 56.

2) *Analyse de l’origine et des progrès des Droits des Belges et des Gaulois*. Chap. XV. N<sup>o</sup>. 192 (*Oeuvr. Compl.* IV. p. 245. Ed. 1839, chez LEROUX).

3) Quia etiam nec solum *homagium* sufficere docet *Jus Curtis* in Tubantia, ubi quamvis *homagium* obtineret, de *feudo* tamen nequaquam sermonem fuisse, satis notum est.



doit être présumé tel, jusqu'à preuve du contraire, parceque la qualité féodale est une qualité accidentelle et contraire à la nature de toute propriété."

Eadem dicenda de natura *Dominica*; non sufficit, certum jus possideri a quodam Toparcha, ut recte impugnetur ex nostro articulo; nec sufficit quidem, vulgo, imo nonnisi a Toparchis possideri: hoc enim rationibus ac causis a Toparchia prorsus alienis tribuendum est; denique nec sufficit, certum jus vulgo *Toparchicum* vocari, sive *Juris Toparchici* nomine possideri: nam ostendere postea quoque mihi propositum habeo, permulta jura minime recte eo nomine venire; — luce clarius profecto erit probandum, certum jus originem ducere ex Toparchiae essentia et praeter Toparchicam s. Dominicam auctoritatem recte possideri non posse; vel aliis verbis: erit probandum, certum jus non pertinere ad Toparchiae accidentalia, verum omnino ad essentialia, ut ex nostro articulo, vel huius articuli vi ferenda lege organica impugnetur.

Quibus tanquam fundamento praemissis, in hoc meo specimine examinare in animo habeo nonnulla, quae recte vel perperam *Toparchica* nuncupari solent jura: persuasum enim mihi habeo, secundum illa principia, omnia, quae vulgo dicuntur *jura Toparchica*, examinanda esse, ne perperam forte applicetur cum Articulus 4<sup>us</sup> artt. add. Legis Imperii nostrae, tum vi huius articuli ferenda lex organica.

Quae omnia bene intellexisse et perspecta habuisse Legislator omnino praesumendus est.

Consequentia est: Art. 4<sup>to</sup> artt. add. Legis Imperii *Jura Toparchica* nonnisi *proprie ita dicta* spectantur.

§ II.

**„Openbare betrekkingen.”**

Recte animadverterunt illi, quibus anno superiori mandatum erat ad Ordines Generales referre de oblato ab Administris Regiis specimine legis Imperii (de Commissie van Rapporteurs) in relatione 27<sup>i</sup> Septembris non bene congruere definitiones nunc propositas illis, quae datae essent praecedentibus occasionibus: hinc enim definiuntur officia publica: *Staatsburgerlijke betrekkingen, betrekkingen van Bestuur, in onmiddelyk verband staande met de uitvoerende magt*, illic: *Openbare betrekkingen, die van wege den Staat, de Provinciën of de Gemeenten worden opgedragen en bekleed.*

Secundum illam explicationem Jus Patronatus Ecclesiae non impugnaretur; impugnatur vero secundum hanc, ex qua nihil obstat, quominus publica sint Sacerdotis ministerium, nec non Ludi magistri et officia Custodum Organistarumque, caetera eiusdem generis.

Igitur omnino clarior expectanda videbatur ab Administris Regiis explicatio; frustrata autem spes: nam legimus in eorum responso: »De beteekenis der woorden: *Openbare betrekkingen* kon niet duidelijker worden aangegeven, dan door de reeds opgegeven verklaring, dat daardoor wordt bedoeld: *alle openbare betrekkingen, die van wege den Staat, de Provinciën of de Gemeenten worden opgedragen en bekleed.*”

Me iudice nunc etiam Sacerdotis ministerium subintelligi deberet; — sed cum antea 1) expressis verbis excluderetur, ut

---

1) Cf. *Memorie van toelichting* van 20 Junij.

postea subintelligeretur, expressis saltem verbis hoc indicari debuisset. Non igitur laesum esse Patronatus Ecclesiae Jus teneo. Praeterca quod attinet ad duas jam memoratas explanationes, eas conjungendas esse, quatenus fieri possit, existimo.

Qualiscunque tandem sit illa interpretatio Publicorum officiorum quorum cum institutio tum praesentatio personarum Toparchis competiverit, si quaeras, ponere non vereor officia Scultetorum, civibus Praefectorum aliove quolibet nomine gaudeant, caeteraeque gubernationis localis; porro Quaestorum, Nunciorum, Messorum, Praeconum caeterorumque servientium.

Denique officia Praefectarum aggerum et Hydrarchiarum caet. (Heemraadschappen, Polderbesturen en Waterschappen) quoque spectari docet responsum Administratorum, d. 30<sup>o</sup> Sept. 1848 exhibitum.

Non tamen ab initio ea similiaque officia profluebant publica ex auctoritate vel eius partem efficiebant, nec igitur Juris Publici; quam politicam indolem tum demum nacta sunt, hereditarie Jurisdictio regia delegari cum coepit, modoque prout haec iis conjuncta fuerit officiiis: — ab omni enim tempore distingui recte solebat ex Principis potestate emanans et ab eo delegata Publica Jurisdictio a domestica illa, quae in fundis sibi propriis Domino recte competebat.

Ita etiam vir Doct. IS. AN. NIJHOFF 1): »hem (villae scil. possessori) behoorde het regtsgebied (Jurisdictio scil. domestica) over dat hofgezin (homines, servi, mancipia, glebae addicti), hetwelk hij door zijnen regter of schout (Judex, Villicus) deed uitoefenen, en waaruit later, toen ook deze heeren een gedeelte der

---

1) *Gedenkwaardigheden uit de Geschiedenis van Gelderland*, Deel I. p. XCI.



*koninklijke regten verworven hadden, de Heerlijkheden met laag en middelbaar regtsgebied ontstaan zijn.*"

Quae tamen distinctio domesticam inter et publicam Jurisdictionem postea fere evanuit. Nec mirum: — olim scilicet Villarum possessoribus, postea Toparchis factis, totius villae, postea Toparchiae, totus pleno dominio competiverat fundi tractus, inhabitatus et cultus a suis hominibus, servis, mancipiis, glebae addictis, familiam efficientibus. Paullatim vero crescente servorum manumissione et Chartarum ac Libertatum (Stad- en Land-regten) concessione, Saeculis maxime XII, XIII et XIV, denique invalescente fundorum a Dominis concessione titulo *utilis domini*, retento dominio directo, eo effectu, mox ut multis in locis Toparchis parum fundi pleno jure domini superesset, necessario domesticae illius Jurisdictionis tandem nonnisi umbra tantum relinquebatur; evanuit quoque et umbra ultima illa sublato nexu feudali et propriis factis, quae feudalia hactenus erant, bonis ex Constitutione A<sup>i</sup>. 1801 1). Quippe domesticae illius disciplinae ac jurisdictionis idea novo sub ordine rerum ita periit, ut omnis administratio ac jurisdictio localis hodie pertineat ad Politicum Regimen, nec amplius ergo sit Juris Privati, verum unice Juris Publici.

Paucis absolvere inde ab initio Toparchiarum auctoritatem et ipsos officiales, quibus utebantur, quique dicebantur Toparchici, lubet.

Personalis ante Carolum Magnum Jurisdictio fuerat; territoriali autem inde a Carolo Magno facto Imperio, territorialis pedetentim quoque facta est Jurisdictio, Imperii cum sit ema-

1) Art. 16.



natio; specialiter autem quod accidit concessione Hugonis Capeti, hereditaria qui reddidit Beneficia *cum assueta jurisdictione annexa*; — annexam illam Jurisdictionem publicamque auctoritatem proprias constituisse Toparchias, supra jam monui.

Itaque ex villis quidem natae sunt Toparchiae (Heerlijkheden); ex villarum autem possessoribus Toparchae sive Domini proprio sensu (Heeren, Seigneurs) exstiterunt.

Verum concessa ea Jurisdictio non continebat Jurisdictionem illam domesticam disciplinae tuendae causa in servos: quae enim ab omni tempore penes fundi possessores fuerat; verum continebat Jurisdictionis illius Regiae partem, hucusque quam nomine Regis in quibuscunque villis exercuerant Centenarii. »Avant la naissance de la féodalité,» sic RAEPSAET 1), »deux Codes, l'un public, et l'autre domestique, formaient toute la législation; le premier consistait en la loi nationale et les Capitulaires, et obligeait tous les sujets indistinctement. L'autre, qui était local, consistait dans les règlements que chaque propriétaire d'une villa faisait pour les intérêts économiques et de police de sa villa, mais qui n'obligeait que les serfs, les censitaires et les colons de la villa, et seulement sous le rapport de ce double intérêt, chaque villa avait ses règlements appropriés à sa situation et a sa nature.»

»Le propriétaire de chaque villa et de tous les fonds dont elle se composait, en établissant cette législation domestique dans sa villa, n'exerçait que ses droits de propriété. S'il rè-

---

1) *Op. l. Liv. VI. Chap. II. N<sup>o</sup>. 348. (Oeuvr. Comp. Tom. V. p. 125).*

glait les travaux de ses serfs et leur amendement ou peines sans excéder la mesure et le mode, que la loi générale avait déterminés; s'il réglait les redevances de ses censitaires et le mode de leur recouvrement; s'il organisait les fermages et les services de ses colons; s'il établissait une police pour la culture des champs, pour l'exploitation des bois, pour la voïerie et le maintien de la paix et de l'union entre tous, *ut familiae recte vivant*, comme disent les capitulaires, n'est-ce pas comme propriétaire et maître de la maison qu'il avait droit de le faire?"

Itaque, natis Toparchiis, concessa parte Regiae Jurisdictionis, centenarios ceterosque Officiales Regales excipiebant Officiales sive Ministeriales Dominici.

Animadvertendum quidem est, jus redditum fuisse ab omnibus Dominorum Officialibus fere iisdem, hucusque Villarum qui rebus domesticis ac disciplinae praeesse soliti essent; a Senescallis videlicet, Praepositis sive Majoribus aut Villicis, Scultetis, Messoribus ceterisque; verum quod attinet ad Balivum, nominatim saltem in Capitularibus non invenitur 1). — Separatim de iis pauca afferre liceat.

## DE SENESCALLO.

Senescallus olim una cum Pincerna (Boutellier) palatii toti parti oeconomicae praeerat et judicabat sine appellatione de omnibus, quae attinebant ad Villarum Regiarum administrationem atque justitiam 2); Saec<sup>o</sup>. autem X<sup>o</sup>. exeunte, cum

1) Cf. RAEPHAET, *Op. l.* N<sup>o</sup>. 339, V. p. 96.

2) *C. M. Capitul. de Villis*, art. 16.

Missi Dominici in desuetudinem esse coeperunt, Justitiae Regalis Judex principalis factus est Senescallus 1).

Mox quoque Dynastae tam Ecclesiastici quam Laici, Reges imitandi cupidi, domi statum sive normam instituere coepere Regali statui similem 2), et suis Senescallis 3) eandem tribuebant auctoritatem. »Provideat,» sic FLETA 4), »tunc sibi Dominus de Senescallo . . . . . qui in legibus consuetudinibusque Provinciae et officio Senescalli se cognoscat et jura Domini sui in suis erroribus et ambiguis sciat instruere et docere . . . . . cuius officium est curias tenere maneriorum.»

Quod ad Jurisdictionem igitur, idem erat Senescallus, qui postea appellatus est *Balivus Magnus*.

Ut Caput Jurisdictionis Dominicae ter vel quater per annum percurrere solebat Domini sui Dynastiam, et, quod dicebatur, *Francum Plege* tenebat: — erant enim tria illa placita Francorum; nobis postea: *deurgaende Waerheden* et *Hooge Vierscaeren*, in Gallia *Chevaucées et assizes, Grands jours* 5).

Non vero unicuique Magnum Balivum instituendi jus compete-  
bat; quod habuisse tantum videntur Domini illi excellentiores, Comites videlicet Ducesque, nec non Magnates Ecclesiastici, nimirum Dynastae; nonnumquam occurrunt sub nomine

1) Cf. RAEPSAET, *Op. l. N<sup>o</sup>. 340, V. p. 97.*

2) Cf. L. A. WARNKÖNIG, *Flandrische Staats und Rechtsgeschichte bis zum Jahr 1305, Erster Band. p. 263.*

3) Ibid. »Das Amt des *Dapifer* oder *Senescalcus*.» — »Hofmarschallentant.»

4) *De officio communis Senescalli*, cit. RAEPSAET.

5) Aliis nonnullis quoque nominibus occurrunt, ut: *Duergynge, Generale Jaerwaerheden, Stille Waerheden, coie verité, franche verité, Franc Pledge, Veritas*: inter alios cf. WARNKÖNIG, *Op. laud. I. p. 283.*



quoque *Justitiae*, ut *Justitia Flandrensis*, *Justitia Zelandiae*; nec non sub nomine *Procuratoris*, ut *Hollandiae Procurator*.

Verum cum in Toparchiis Ambactiisque occurrere non soleant, multa addere supervacaneum.

Senescallo suberant Delegati sive Vicarii, qui Sub-Balivi dicuntur apud FLETAM.

#### DE BALIVO, nobis BALJUW.

»Die unter den Namen von *Bajuli*, *Ballivi*, *Bailli's*, früher *Baillius* bekannten Ministerialen,“ ait WARNKÖNIG 1) »kommen im Mittelalter in ganz Frankreich, in England, in Italien, Spanien und einem grossen Theil der Niederlande vor, namentlich in Flandern und Holland. Obgleich ihr Amt fast überall dasselbe ist, bestehen doch allenthalben so grosse Eigenthümlichkeiten, dass man sich ja hüten muss, die *Bailli's* der verschiedenen Länder mit einander zu verwechseln.“

Nominatim etsi non occurrat in Capitularibus Officialis ille, idem tamen fuisse videtur qui et *Judex villae* vocari solebat: *Senescallum* enim inter et *Majorem* nisi *Judex Villae* nullus invenitur Officialis 2). Inde a Saeculo XII exeunte potissimum, in omnimoda Jurisdictione Comitum nomine *Jus dixisse Balivos*, WARNKÖNIG affirmat, his verbis 3): »Seit der Mitte des eilften, allgemein aber seit dem Ende des zwölften Jahrhunderts finden wir als die gewöhnlichen Stellvertreter

1) *Op. laud.* I. p. 297.

2) Cf. RAEPSAET, l. c. p. 99.

3) *Op. laud.* p. 277.



der Grafen in aller Art von Gerichtsbarkeit die *Baillis, balivi, baillivi*."

Judicis villae sub Jurisdictione plures esse potuerunt Villae 1); sumebantur ex melioribus, in quibus differebant a Majori, qui ex mediocribus sumi solebat, et cuius Jurisdictio non latius patebat, quam quem fundum uno die percurrere posset 2).

Quod attinet ad Villae administrationem, initio praepositus erat Judex villae operarum et culturae rectioni, et redituum dominicorum quaestor erat. Postea quum Balivus appellabatur, accedebat Politia super operarios et ministeriales manerii universos. »Supervidere," sic FLETA 3), »debet Ballivus falcatores, messorum, carratores, operarios et ministros manerii universos, quod quilibet, quod suum fuerit, justè debiteque prosequatur."

Jurisdictione autem hereditaria facta, Balivi et Praepositi, sive Majoris, functiones confusae fuisse videntur magis minusve 4); anno 1190 circiter magis separatae sunt denuo eae auctoritates: pars enim judiciaria attributa est Balivis, Praepositis vero ea, quae ad administrationem pertineret 5).

Continua comparatione cum officio Scabinorum, accurate Balivorum officium MARCHANTIUS 6) sic definit:

»Scabini judicant, Bailivi judicatum et scabinorum scita Principumque constitutiones exequantur.

---

1) Cf. WARNKÖNIG, *Op. l. I.* p. 295.

2) Cf. *Capitul. de Villis*, Cap. 10, 17, 26 et 60.

3) *Lib. II.* Cap. 72 et 73.

4) Cf. RAEPSAET, l. l.

5) HENRION DE PANSEY, *Introduction au traité de l'autorité judiciaire en France*, § 9.

6) Citante WARNKÖNIG, *Op. l. I.* p. 300.

*Illi vocationem habent, hi prehensionem, missionem in carcerem, accusationem.*

*Illis quotannis honorarium, ab his Principi annua pecunia dependitur ex mulctarum sorte compensatis.*

*Illi annuae aut biennii mutationi obnoxii sunt; hi mandati diuturnioris limitibus.*

*Denique Scabini jura populi, hi Principi magis respiciunt, eorumve dynastarum, a quibus committuntur, et Scabinos ad jus dicendum rite submonent."*

#### DE PRAEPOSITO sive MAJORE.

Nobis: PROOST, MEYER; Gallice: MAIRE, MAYEUR, PRÉVÔT.

Sicuti totius villae Balivo, Praeposito Curtis (basse-cour) cura mandata erat et operarum, quam ob rationem apud nos *Hofmeester* quoque vocabatur 1). Secundum RAEPSAET: »il devait faire préparer et mélanger avec intelligence toutes les sortes d'engrais et les faire répandre sur les champs en sa présence; soigner tous les bâtimens, le charroi, les harnois, les ustensiles, les chevaux, le bétail, les troupeaux, les vendre et remplacer par d'autres." Proprie igitur *Major* sive *Praepositus* non erat *Officialis publicus*: non enim nisi *Officialis ministerialis* 2), et

1) Cf. G. D. J. SCHOTEL, *Iets over Jonkheer W. van Zuylen van Nyevelt*. (Bijdragen voor *Vaderlandsche Geschiedenis en Oudheidkunde*, ed. NIJHOFF. Derde D. vierde stukje).

2) Cf. SCHOTEL, Op. laud. *Instructie en ordonnantie voor mijne Gen. Heere Graeven tho Culenborck's hoofmeister*, WILLEM VAN ZUYLEN VAN NYEVELT, daer naer hy sich als hoofmeister over syn Gen. familie sal hebben te reguleeren. — Sic exordium habet: »In den eersten verstaet waelgemelte mijn Gen. Heere, dat die Hoofmr.

eius jurisdictio arctius erat circumscripta 1). Eligebatur ab ipsis, ut videtur, Toparchiae incolis, ex mediocribus, nimirum ex melioribus agricolis, secundum FLETAM 2). »Il y en aura beaucoup,» ita RAEPSAET, »à qui il paraîtra difficile de croire, que nos officiers Seigneuriaux, présentement Officiers de justice, étaient originairement, des employés domestiques de ferme et de basse-cour; toutefois les notions, tirées..... des chartes..... disposeront peut-être ces esprits prévenus à mieux accueillir ces vérités incontestables.»

Jure nostro Curtis, non dudum adhuc in Tubantia et Provincia Trans-Isalania vigente, priscam indolem conservasse Major s. Praepositus, nomine *Hofmeier*, *Hofrichter*, apparet, qua de re consuli licet Landrechten van Over-IJssel enz., typis mandata tot Deventer, by JAN VAN WYK, Boekv. a°. 1724, II Dl. XXVI Titel passim, et Hofhorig Regt in de Twente, quod eodem Vol. continetur, passim.

Caeteroquin eundem fuisse Sacculo XII *Villicum*, eundem Caroli Magni aetate *Majorem*, probari potest e Charta abbatiae *Stavelo* A<sup>i</sup>. 1140 3), quae habet: »*Villicus*, qui vulgariter *Ma-*

---

»voorsz. sal een goet scherp opsicht dragen over alle zijn Gen. officiers, hoe sich  
»ieder een in sijn officie is dragende, opdat die eene in des anderen officie nyet  
»tredende, t gene hem bij sijne instructie bevolen is eernstelick en sonder eenige  
»fualte achtervolge; ende off daer eenich gebreck in viele sal die Hoofmeister sulcx  
»terstont remedieren, ofte ten weynichste sijn Gen. daervan advertieren, omme daer  
»inne by sijn Gen. voorsien te mogen worden naer behooren.»

1) Cf. RAEPSAET, l. l. N°. 342, V. p. 101.

2) Aliter tamen obtinuisse apparet, si Major, peculiari nomine *Hofmeester*, rebus domesticis Dynastae cuiusdam praecesset; Cf. *Ordonn.* supra laud. apud SCHOTEL; ibi saltem eo officio fungebatur vir nobilis.

3) Citata a RAEPSAET.



ior vocatur.” — Eundem quoque fuisse *Praepositum*, eundem *Villicum*, LAMBERTUS ARDENSIS Saeculi XIII scriptor probat: »Si- quidem hic Arnoldus *Villicaturam* sive *Praeposituram*..... acce- pisset;” et alio loco: »Ab antiquis, Comitis WALTERI tempore, quemdam *Villicum* sive *Praepositum*,” caet. 1).

### DE SCULTETO.

Nobis: SCHOUT; Gallice: ESCOUTÈTE, VICOMTIER.

Quod attinet ad Jurisdictionem, iidem fuisse videntur Scul- teti, Praepositi et Ammanni 2).

Olim eundem fuisse Scultetum atque Villicum, Charta probat A<sup>i</sup> 1305: »*Villicus* noster, qui *Scultetus* dicitur 3).”

LEYSERUS 4) ita definit: »*Praefectus Rusticorum* a Magistratu vel Domino jurisdictionali constitutus, ut plebem paganam re- praesentans vel solus vel cum adjunctis consiliariis Burgi, ea curet ac peragat, quae tam Domini, quam Communitatis nomine expedienda sunt.”

Scultetum solum iudicium curare debuisse, non alia politica, criminalia, vel quae extra iudicium a vicinis expediri poterant, TROTZ affirmat, caeterum qui de ejus officio consulatur 5).

Dici posset Scultetus, ut habet RAEPSAET, Chartae Balivus, *Baljuw der Keure, poort-Baljuw*, cum esset *mediocrium* Balivus

---

1) Cf. D. BOUQUET, Tom. XI, pag. 305, DU CANGE, voce *Villicus*. RAEP- SAET, l. 1.

2) Cf. RAEPSAET, N<sup>is</sup> 245 sqq.

3) Cf. MIRAEI Tom. I, p. 593, cf. etiam WARNKÖNIG, *Op. l. I*, p. 277.

4) *De Jure Georg.* Lib. III, Cap. 5.

5) *Jus agrarium Feod. Belg.* II, p. 603 sqq.



sive civium, non autem *nobilium*, qui non nisi a *paribus* judicari poterant, quibus praeerat ipse Balivus. Quod probat Florentii V<sup>i</sup>, Hollandiae Comitis charta A<sup>i</sup>. 1166, Castellano Leydensi data, quae habet 1): »ita videlicet ut si nobiles fuerint, dictus Castellanus eos cum duobus nobilibus undecumque in suo districtu sumptis legitime convincat, et ignobiles sicuti tributarios suos Scultetus cum duobus tributariis undecumque, extra oppidum in suo officio sumptis praedicto modo probet reos 2).”

Verosimiliter, secundum RAEPSAET, diversis quamvis nominibus, iidem erant Sculteti atque nostri Ammanni (Ambtmannen), Balivi minores, *Poort-Baljuwen* 3).

Scultetos, diversis nominibus, Balivis subfuisse, WARNKÖNIG etiam monet 4): »Nur in Dorfgerichten,” ait, »bleiben die Sculteti noch allein.”

LEYSERUS quoque Praefectum Rusticorum vocat, cuius iurisdicatio patebat *super plebem paganam* 5).

In libro, cui titulus: *Costuymen ende Usanciën van 's Hertogenbos*, typis mandato A<sup>o</sup>. 1758, duorum Scultetorum mentio fit, Tit. 1. art. 1: »Binnen die voorscreeven Stadt

---

1) Vid. KLUIT, *Cod. Dipl.* N<sup>o</sup>. CCLVIII.

2) Cf. etiam WARNKÖNIG, *Op. l. I*, p. 367.

3) Cf. etiam WARNKÖNIG, *Op. l. I*, p. 305.

4) *Op. l. I*, p. 278.

5) Hac de re omnino consulatur (*Bijdragen voor Vaderlandsche Geschiedenis en Oudheidkunde, verzameld & uitgeg. door IS. AN. NIJHOFF*). *De Ambtman, Rïgter en Dykgraaf van Over-Betuwe*, door I. A. N. qui eodem fere officio functos esse affirmat, qui dicuntur *Rïgters, Ambtmannen, Scholti, Landdrosten*, aliique.

zyn twee officiën, waer aff de jerste is d'officie van den Hoogen Scouteth, den welcken zyn gecommitteert te corrigeren Crimineele Saecken, die geperpetreert worden in der Stadt voorscreven ende haerder Meijerijen.

Art. 2. Ende d'andere is d'Officie van den Leege-Scouteth, den welcken bevolen is kennisse te nemen van allen Civielen Saecken, die gebeuren binnen der Stadt voorscreven, ende haere Vrydommen.

Art. 3. Welcke twee officien nu ter tydt bedient worden bij eenen officier."

Sculteti muneris functio pro parte saltem abiit in munus eius, quem *Burgemeester* nos dicimus.

#### DE MESSORE sive MESSARIO.

Gallice: MESSIER, Flandrice: PRAETER, SCUTTER.

Belgice: VELDWACHTER, VORSTER.

Messor sive Messarius officialis erat *domesticus* (de Basse-Cour). »Son devoir," ita RAEPSAET, »consistait à soigner les charrues et les herses, à distribuer les attelages, tant ceux de la ferme, que ceux de corvée, qu'on appellait *carucae adjutrices*, à faire la repartition des grains-semailles et à rendre compte du résidu au grainetier.

Ensuite, à faire tous les jours la visite des bois, des champs et des prés, à constater les dégats s'il en trouvait, à mettre en fourrière les animaux 1) et à arrêter les hommes, qui en faisaient; c'est sous ce dernier rapport, que les anciennes Chartes

---

1) Qua de re cf. TROTZ, *Jus agrarium Foederati Belgii*, I, p. 577 sqq.

belgiques l'appellent *Scutter* 1)." Erat igitur fere, qui dicitur apud nos *Veldwachter*, *Vorster*.

Nonnullis locis, praecipue in Flandria, *Messor mutus*, *Stomme Praeter*, adhuc dicitur *defensionis signum* in agris infixum post messem sive segetem, ne greges inducant pastores; — antiquissimum sane id signum defensionis: etenim jam notum in lege Bajuvariorum A<sup>i</sup>. 630, sub nomine *Wiffae*; quod autem corruptum ducit RAEPSAET, esse cum debeat *Wissa*, Flandris et nostratibus *Wisse* 2).

*Messagio* fruebatur Messor, communiter quod constabat e spicarum manipulo sive segetum fasci. Inde origo earum, quae nonnullis locis *Oogst-schooven* dicuntur, quas Villarum sive Dynastiarum Messores quotannis expetere solebant ab agricolis. Initio tributum voluntarium, postea jus; quo jure autem non solus fruebatur Messor, ut probat Brabantiae quaedam Charta A<sup>i</sup>. 1292. Art. 36 3): »Niemen en mach *schooven* in des heeren land, sonder die *Koste* (*Koster*) hi mach zyn *recht* haelen; die *smet* zyn *recht*; die *baertmaeker* 4) zyn recht ende die pretere die 't koren hoet zyn *rechte*," etc. De ipsa decima messionem suam quotannis capiebat 5). Jus illud, quod Decimae sive retrodecimae speciei igitur aequivalebat, nonnumquam tanti erat momenti, ut ipsi Domini retinerent et venderent, condu-

1) Cf. FLETA, DU CANGE vocibus *Messor* ac *Messarius*, et *Capitularia*, — cf. etiam TROTZ, *Op. l.* loc. cit. ubi etiam occurrunt nomine *Heemraeds-boden*, *ghesworen Boden*, caet. cf. pag. 596.

2) Cf. *Capitular*, Tom. I, col. 122.

3) Citante RAEPSAET.

4) *Baertmaeker* RAEPSAET esse putat: le fourbisseur qui fabriquait les hallebardes; cf. quoque DU CANGE et CARPENTIER voce *Barda*.

5) Cf. DU CANGE voce *Messio*.



cerent vel in feudum concederent. Inde natae sunt quae dicuntur *Meyeryen* et *onder-meyeryen* (*prateries héréditaires*): ea enim nomina *praeteryen* et *meyeryen* postea promiscue usurpata sunt 1).

Major sive Villicus quoque sive Praeter, quippe famulus eius, judicariam certam nactus est auctoritatem: Messores enim mulctandi jus habebant in agris et sylvis incolarum.

Per longum autem tempus distinguebantur *Messores* (Praeters) ab *Apparitoribus* (Sergens, Huissiers, Geregtsdienaars en Deurwaarders): *hi* enim communiter gasterii, *illi* custodes appellabantur 2). Jamjam autem magis magisque tituli ii omnes confusi sunt et promiscue assumti secundum Dominorum arbitrium et ambitionem 3).

#### DE PRAECONE.

HUISSIER, CRIEUR, PRISEUR; Nobis: ROEPER, OMROEPER.

*Praeco* a Toparcha instituebatur; munus varium. »Citationes eorum, qui in jus vocandi, faciet ipse praeco cum testimonio duorum Choraemannorum 4).» Charta A<sup>i</sup>. 1114 5) sententiarum executionem attribuit praconi.

Publicabat Praeco dies fastos (de Vierschaeren) secundum BEAUCOURT 6).

1) Cf. RAEPSAET, *Op. laud.* N<sup>o</sup>. 344, V, p. 118.

2) Cf. RAEPSAET, l. cit.

3) Cf. RAEPSAET, *ibid.*

4) Charta A<sup>i</sup> 1231, *Spicilegium*, Tom. III, pag. 607.

5) MIRAET Tom. IV, pag. 193.

6) *Jaerboeken van 't Vrye*, Tom. I, pag. 177.

Occurrit quoque ut proxeneta 1), vel etiam dicebatur publicus clamator et *proxeneta* ad vini venditiones 2).

Praeceptum A<sup>i</sup>. 1368 urbi *Tornaco* datum sic habet: »Sergens à verge, qui crient les bans et autres choses, qui sont à crier en notre dite ville 3).” Melius autem nos docet Cap. 142 Assizes de Jérusalem: »qui veaut faire vendre aucune chose, à l'anchantement, il la doit faire crier par le *criour*, qui est establi par le seignor ou par le vicomte, que nul autre ne doit crier chose au criage; qui la fait crier par autre, le seignor par assise et l'usage la peut faire prendre comme sone (*sienne*), et celui qui la crie, est en la merci dou seigneur, et qui la fait crier par le dit criour establi autrement, que elle ne doise estre criée et le seignor ou celui qui est en son leuc le fait, il la peut faire prendre comme sone, et si le criour le fait, il est atteint de fausseté et est en la merci dou Seignor de perdre quanque il a, et si il ne le fait, il ne portera nulle peine, et quant il est achaisonné il en doit estre criu par son serment 4).”

Præco igitur dominicus non solum venditionum, quæ dicebantur à l'anchantement, clamator, sed etiam venditionum judicialium et necessariarum.

Nec solummodo simplex clamator, sed etiam adjudicator rerum venditarum, tribus illis verbis: *do, dico, addico*; quæ adjudicatio fiebat baculo, quem ei tradiderat Dominus; unde juris

---

1) *Ordonnances de France*, Tom. XI, pag. 68, Art. 3, *Ordonn.* A<sup>i</sup> 1328.

2) *Ordonn. de France*, Tom. XI, pag. 191, *Ordonn.* A<sup>i</sup> 1141.

3) *Ordonn. de France*, Tom. XII, pag. 110; cf. quoque RAEPSAET, N<sup>o</sup>. 345.

4) Cf. RAEPSAET, I. 1.

Toparchici, quod dicitur *Klopslag*, origo, et cuius effectus consistit in adjudicatione in jure vim habente.

Paullatim sine dubio morum illorum plures in desuetudinem abierunt; ni fallor autem, nonnullis in Toparchiis jus, quod dicitur *klopslag*, adhuc existit.

Nec credat quis, ut monet etiam RÆPSAET: »que les fonctions de cet officier appartiennent à la féodalité et forment un abus du pouvoir Seigneurial.»

Praeconis tamen officium hodie fortasse cum *publicum* quoque habendum sit secundum authenticam Art. 4<sup>i</sup> explicationem, jus institutionis, si quando Toparchae cuidam competiverit, vi Art. 4<sup>i</sup> add. art. al. 1<sup>a</sup> extinctum existimandum erit.

## DE SERVIENTIBUS vel MINISTERIALIBUS.

(KNECHTEN. BODEN.)

Servientis tituli origo nobilis est: exceperant enim Servientes *Vassos* et *pueros Regis* Regum Francorum.

Nonnisi Reges initio Servientes habebant; postea autem cum Regem imitari studerent Magnates, et hi quoque Servientes instituerunt; qui Servientes initio quoque nobiles erant.

Saeculo XII<sup>o</sup> *Serjantariae* adhuc dicebantur bona illa excellentiora, nimirum Baroniae, caeteraque alia, quae ab ipso Rege honoris nec non militiae causa obferri solebant; quam oblationem non raro magna pecunia relevii nomine consequi Magnates non pudebat 1). De iis RÆPSAET: »Ces Sergens Royaux et Seigneuriaux d'épée étaient aussi bien sergens au plaids

1) Cf. G. PHILLIPS, *Englische Reichs- u. Rechtsgeschichte* etc. II Band, p. 216.



qu'ils l'étaient à la guerre. C'étaient donc ces sergens qui, à l'exemple des *Vassi et pueri Regis* des Francs, devaient faire les assignations et les exécutions de la cour royale et de celle du Seigneur.

Ce service n'eut rien de rebutant ni de bas, aussi longtemps que les *monitiones* se faisaient de l'assistance des juges, les *banna* par le sergent, et les exécutions *par les juges*; mais aussitôt que les guerres privées eurent cessé sous Saint-Louis, les fonctions de ces nobles sergens se trouvèrent réduites et ravalées aux fonctions civiles ordinaires des huissiers, pour assigner, exécuter des jugements, appréhender des malfaiteurs et *les justicier à l'épée et aux armes*, comme s'exprime l'ancien Coutumier de Normandie 1).

La sergenterie réduite à des fonctions aussi subalternes et mercenaires, tarifées même par les distances, le nombre et la nature des exploits, ne répondit plus à la noblesse de son origine, et ces sergens de condition et de naissance n'étaient pas faits pour être confondus avec ces officiers ministériels, qui, à raison de l'identité des fonctions, portaient le même titre: car il conste par un acte du 1<sup>r</sup> Avril 1283 2), que le Bailli de Furnes donnait déjà le titre de sergent à ses officiers en sous-ordre."

Servientis igitur titulo postea fruebantur Toparchiarum Officiales ministeriales, et hos quoque jam olim nonnunquam fuisse *liberos homines*, docet Capitulare III. A<sup>i</sup>. 811 Cap. 4: »quod Episcopi et Abbates sive Comites dimittant eorum liberos ho-

1) *Anc. Lois des Français* Sect. 153.

2) Cf. ST. GENOIS, p. 709.

mines ad casam in nomine ministerialium. Similiter et Abbatissae. Hi sunt falconarii, venatores, telonearii, Praepositi, Decani, caet.” Recte sane EICHORN 1) animadvertit ipsum nomen hodie non unius esse significationis, his verbis: »*Ministerialis* wird jetzt ein sehr vieldeutig gebrauchter Ausdruck, weil er von jedem gebraucht wird der ein Amt oder einen bestimmten Dienst hat. Der oberste Königliche Hofbeamte heisst daher jetzt eben so gut *Ministerialis* als der unfreie Dienstmann oder der Hörige.” — Generaliter designantur nominibus: *famuli, bedelli, nuncii, knechten, boden*; de quibus, si plus scire lubeat, omnino consulatur RAEPSAET, N<sup>o</sup>. 349.

Hi potissimum Officiales Dominici fuisse mihi videntur, quorum maximam partem plerumque Toparchis creandi vel saltem praesentandi jus competivit.

Observatione dignum etiam videtur, saepius nonnullorum officiorum nomina confusa fuisse, non raro prout altius se extollere Toparchae et dignitate superioribus se assimilare studuerunt; quod praeterea jam supra animadverti, duce RAEPSAET.

Affirmat quidem s. H. VAN IDSINGA 2), *Missos, Burggravios, Marescallos, Praefectos, Scultetos, Villicos et Nuncios* nonnumquam eandem ipsam personam indicare, idque quidem ipsum Praefectum, postea nobis nuncupatum *Stadhouder*: »Door alle welke benamingen,” sic enim VAN IDSINGA, »het blykt, dat een en dezelve perzoon wort verstaan, om datze onder malkander

1) *Deutsche Staats- und Rechtsgeschichte*, I pag. 442, Ed. II, in notis.

2) *Het Staatsrecht der Vereenigde Nederlanden*, etc. Tom. I, p. 55. (1<sup>e</sup> Verd. V Hoofdst.).

worden verwisseld, en de eene verklaard door de andere. Tot onderscheidener verstand van welke, egter kortelijk aan te merken is, dat het woord *Afgezondene* (*missi*) en van *Boden* (*nuncii*) en *Meyers* (*villici*) zoowel als dat van *Stadhouders* (*Praefecti*) is algemeen, en in zyn ard geen onderscheide of verheevene weerdigheid te kennen geevende, na het onderwerp en de stoffe, begreepen moet worden." Quae si vera sint de Praefectis, a fortiori de Officialibus Toparchicis valent. Ita etiam VAN INSIंगा pag. 59 affirmat, nomen *Villici* nihil aliud significare nisi *Praefectum regionis*, nobis *Ruwaard*, *Scultetum*, *Balivum*, *Ammannum* et *Satrapen* (nobis *Drossaard* sive *Drost*), vel eiusmodi Officialem, quae nomina eadem significatione quoque occurrunt apud VIGLIUM, Epist. 164 1).

Caeterum cum Officia illa omnia cum judiciaria sint, tum propter justitiam, Toparchica bene teneri possunt jura institutionis vel praesentationis.

Non ab antiquo autem, ut vidimus, *Toparchica* jura fuerunt: non enim talia fuerant ante territorialem factam justitiam. Ergo *Toparchica* facta sunt, extranea accedente causa.

Nunc vero, cum Jurisdictio non amplius privata habeatur, sed publica, et inde privatis ademta sit, supervacanea sine dubio essent Toparchis ea ministeria, maxima saltem pro parte, idque quidem propter nexum feudalem sublatum, quo omnis *allodialis* facta est possessio. Antiquitus sane, quod bene tenendum, priscarum Villarum omnis fundus *proprius* fuerat Dominis; tunc Officialibus memoratis recte iis opus erat; et postea etiam, cum in emphyteusin vel in censum dedissent majorem mino-

---

1) Cf. C. P. HOYNCK VAN PAPENDRECHT, *Annal. Belgicor.* Tom. II Part. I, pag. 375.



remve fundorum partem, id est, dominium utile tradidissent, directum vero retinuissent, missâ justitiâ, nonnullis iis Officialibus opus fuisse Dominis, facile intelligi licet. Sed nunc, illo rerum ordine mutato, raro Dominos inuenies, qui agros possideant in immensum ita patentes, ut tot Ministeriales recte adhibeant; cui etiam accedit Servitutis abolitio et alius agrorum conducendorum modus.

Missâ quoque illa Jurisdictione Patrimoniali ac Domestica, quae hodie prorsus cessasse dicenda est, et ex privata publica facta, memoranda nobis restant Officia illa, quae ne tangunt quidem Politicam illam, nimirum Toparchicam, auctoritatem.

Huius generis ducendum esse jus instituendi vel saltem praesentandi Ludi Magistrum, nudo quidem adpectu affirmares; contrarium vero diserte demonstravit Consultissimus BOSSCHA 1). »Est autem *jus Scholarum*,» ita enim definit, »jus quoddam intra territorii cuiusdam fines praecae caeteris scholam administrandi eiusque magisterium procurandi; remotissimum igitur a legislatorio munere, sed tantum administrationis regulas et normas amplectens.»

Jus illud initio partem effecisse Juris Patronatus 2), ipsa ratio suadet: nam olim »qui in Ecclesiis sacra administrabant, eos Scholas quoque tenere,» consueverat; nec mirum, cum medio aevo inter neglectas litteras illarumque restorationem, litterarum scientia apud solos fere Ecclesiasticos versaretur; »hinc,» ita BOSSCHA, »per jus patronatus Dynastas quoque auctoritatem aliquam in Institutionem vel saltem in magistros

1) Specim. Inaug. supra cit.

2) De Jure Patronatus infra, *Parte huius disputationis Secunda.*

adeptos esse, dubitari nequit. Haec auctoritas profecto increvit, postquam privatae illae ecclesiae ad Parochialium dignitatem pervenerunt salvo jure Patronatus, quum ita schola Parochiae simul ecclesiae Patrono laico obnoxia esset.

Verum, etsi hoc juris vinculum occasionem forte dederit seculari potestati Dynastis acquirendae ad scholarum ministerium procurandum, tamen unice profluxisse videtur ex majori Institutionis cum Ecclesia necessitudine; atque ita, a quo tempore utraque sejungi coepit, illud quoque vinculum sua natura dissolvi debuit. Jus patronatus cum ita dicto *jure Scholarum* nihil proprie habet commune 1); illud ecclesiasticum est, hoculare, quod titulo Patronorum neque umquam sibi vindicare potuerunt Dynastae, neque hodie iis foret concedendum, etiamsi illud ceteroquin denegari non posset. — Quonam igitur principio nitatur Jus Scholarum vel instituendi Ludi magistri, non facile dixeris; — eodem sane principio, quo nititur Jus Patronatus, quod nec Regale, nec Toparchicum sive Dominicum, nec Feudale, sed mere patrimoniale et fundi accessorium, defendi nequit. Quodsi hoc valere potuerit servitutis tempore, quum Dynastiarum ac Toparchiarum incolae pro magna saltem parte in potestate Domini essent, et inde huic licuerit illis imponere, si quando voluerit, hunc illumve Ludi magistrum; hoc tamen cessasse oportuit post illorum manumissionem; praeterea ita facto res nunquam se habuit; nec verosimiliter iis temporibus aedes in usum Scholarum tanti nominis

---

1) Cf. KLUIT, *Inwydingsrede over de Afzweering van PHILIPS*, Leyden 1779, pag. 32 seq., qui in enumerandis Comitum juribus utramque distinguit.

erant, ut recte adsimilarentur aedibus Sacris sen Ecclesiis, ita ut illarum aedificatio, quod recte obtinebat in Ecclesiis, ad consequendum jus institutionis vel praesentationis suffecisset; insuper certis aedibus adstrictae non erant scholae, ut recte cultus Ecclesiae. Sed et argumentis imprimis Juris Publici cum universalis tum particularis usus, BOSSCHA Jus Scholarum ipsi civitati aut Principi vindicavit, ostenditque: Jus Institutionem juventutis procurandi ad summum Civitatis rectorem pertinere (quod clarissimorum de jure publico scriptorum auctoritate confirmari potest 1), secundum principia juris publici univer-

---

1) Memorabile citare exemplum lubet ex: Urkundenbuch der Stadt und Chatelenie Gent, (WARNKÖNIG, *Flandrische Staats- und Rechtsgeschichte*, Zweiten Bandes erste Abtheilung.) XIX. *Verschiedene Diplome über die Schulen der Kirche von Sct. Pharahilde in Gent*, 1235, 1283, 1295. »Universis praesentes litteras inspecturis, caet.....

.....Patentes litteras nobilis mulieris in Christo carissimae Johannaе Flandriae et Hainoniae Comitissae, inspeximus in haec verba: Johanna Flandriae et Hainoniae Comitissa omnibus praesentes litteras inspecturis salutem!

Ut servitium divini cultus in ecclesia sanctae Pharahildis de Gandavo solemnius (more) solito celebretur et ad regendas scholas ibidem talis semper de caetero substituatur persona, quae secundum Deum pueros tam scientia quam moribus velit et valeat informare, concedimus in perpetuum Decano et Capitulo ejusdem ecclesiae sanctae Pharahildis *Magisterium*, quod ad nos spectabat *scholarum Gandavensium* juxta ipsam ecclesiam regendarum, intelligentes, in hac parte, nomine Capituli Canonicos in ecclesia eadem praesentes. Decanus autem et Capitulum supra dicti singulis annis in periculo animarum suarum scholas easdem concorditer gratis et absque omni exactione aut conventionem committant personae ad tale officium idoneae, et personam illam singulis annis iidem Decanus et Capitulum eum litteris suis patentibus ad nos et ad successores nostros mittant ante pascha, *ut ipsas scholas de manu nostra recipiat tenendas*, per annum a festo sancti Johannis usque ad festum sancti Johannis anni proximi subsequenti. Alioquin si aliquo anno saepe fati Decanus et Capitulum concorditer eas non contulerint, vel personam illam, cui



salis, neque aliam in imperio Germanorum viguisse rationem sub principibus Carolingicae prosapiae, secundum jus publicum particulare, tunc certe, quo jure postea in Institutionem publice procurandam singuli Dynastae cuiuscunque nominis aut dignitatis juste et legitime usi sunt, id ex largitione regia originem duxisse oportet." Porro consulatur gravissima Consultissimi BOSSCHA disputatio: meo enim proposito jam sufficit. Jus Ludi magistri instituendi ex Regia Toparchis olim delegata publica auctoritate profluxisse, Consultissimo BOSSCHA omnino assentior, quam ob rem *Jus Toparchicum* evasisse, et inde recte impugnari e nostri Articuli alinea 1<sup>a</sup>, concedo. Rem tamen dubio non carere, probaverunt cum Supremi Senatus 1), tum Curiae Hollandiae 2) et cuiusdam Tribunalis Sententiae 3).

Quid de *Praefecturis aggerum* (Heemraadschappen) et *Hydrarchiis* (Polderbesturen)? — Constat enim, Dominis non raro competere jus fungendi aggerum curatoris officio, vel instituendi

---

scolas illas conferent, sicut dictum est, ad nos non miserint ante pascha: collatione earundem scholarum careant eo anno, et nos et successores nostri eo anno conferre poterimus dictas scholas. In robur igitur et memoriam praedictorum praesentes litteras scribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari.

Datum anno Domini MCCXXXV mense Novembri."

Caeterum, cui lubeat, adeat ipsum WARNKÖNIG.

1) Arrest van den Hoogen Raad, d. 11 Junij 1847 (*Regtsgel. Jaarb. — Bijblad.* — Dl. IX, 1847, p. 413 sqq)

2) Arrest van het Hof van Zuid-Holland, d. 23 Sept. 1846, *ibid.*

3) Vonnis der Arrond. Regtb. te Brielle, d. 8 Aug. 1845, *ibid.*

eorum socios. Ista quoque jura spectare alineam 1<sup>am</sup>, jam docet libellus Administrorum d. 30<sup>i</sup> Sept. 1848, quo colligi licet, ista jura existimavisse Legislatorem *Toparchica*.

De aggerum Praefecturis nuperrime multi multa; de iis longius disserere a meo proposito praeterea alienum est; attamen attingere quaestionem oportere videtur, an scilicet recte habendum sit Toparchicum jus illud, i. e. an Regiae Jurisdictionis Toparchis intra Toparchiarum suarum fines delegatae sequela, an vero ex alia causa profluxisse habendum sit? — Respondeo: Si probavero, Jurisdictionem Praefecturis aggerum et Hydrarchiis delegatam, hisce collegiis separatim commissam fuisse, prorsus diversam a Jurisdictione illa, quae Dominis competere solebat tanquam Toparchis, ita ut revera duae a se invicem distinctae Jurisdictiones essent, consequatur necesse est, Jus istud nullo adstringi vinculo proprie Toparchico, verum aliunde pendere. — Insuper si probavero, Jus illud, Toparchis non raro competens, non nisi sequelam haberi posse longe majoris domini, quo aliis fundi possessoribus praecelluerint, difficile sane non erit inde efficere, Jus illud, cum praesentationis tum functionis, nihil commune habere cum Jure Toparchico, et ergo, quamvis affirmante Administrorum libello supra laudato, ex nostri Articuli alineae 1<sup>a</sup> impugnari nequam posse, nimirum cum ibi unice sermo sit de Juribus vere Toparchicis.

Ad haec autem opus erit breviter ut respiciamus illorum Collegiorum *conditionem antiquiorem*, deinde qualis eorum fuerit *Jurisdictio*, denique quomodo ab omni tempore res sese habuerit, quod ad *Curatorum (Heemraden) electionem et institutionem*.

Primae molium et aggerum extructiones in Patria nostra

verosimiliter obtinuerunt circa Saeculum X vel XI 1); sive primitus jam fuerint *Juris Publici*, utpote a communitatibus susceptae 2), sive non fuerint 3), tamen absque ullo dubio communia fuerant opera eorum, quorum *intererat*, quin etiam initio eorum tantum, quorum *maxime et directe intererat*; pedetentim vero, re liberius et largius tractata, verosimiliter cum amplificatione tum consociatione, e parvi momenti conaminibus illa, quae dicuntur *Waterschappen*, *Heemraadschappen*, *Waarden* et *Polders*, orta sunt, quorum cura mandari solebat Curatoribus, *Heemraden* nobis vocatis 4). Peculiari enim nomine *Heym* vocari solebat Ambactiarum, Parochiarum vel Communitatum unio

---

1) »Niet onjuist,» ita GEVERS DEYNOOT, *Bijdrage tot de kennis der Hoogheemraadschappen en Waterschappen in de Provincie Zuid-Holland*, pag. 25, »zou (de kunstmatige vorming van Zuid-Holland) misschien in drie tijdvakken kunnen onderscheiden worden: 1°. De groote bedijking tegen zee en rivieren, van de 10<sup>e</sup> tot de 14<sup>e</sup> eeuw; 2°. Het toepassen van kunstwerktuigen tot drooghouding en hierdoor de bepoddering, bekading enz. binnensdijks, na het uitvinden van watermolens, in de 15<sup>e</sup> en 16<sup>e</sup> eeuw; en 3°. Het daarstellen van droogmakerijen, sedert de 17<sup>e</sup> eeuw.» — Interea nonnullos opinari *Schielandium* pro parte aggeribus jam circumseptam fuisse Saeculo IX, animadvertit GEVERS DEYNOOT, pag. 12; citatis P. SCRIVERIO, *oude en nieuwe beschryving van Holland Zeeland en Vriesland*, JUNIO, *Bat. Hist.* pag. 290, VAN SPAAN, *beschryving van Rotterdam*, pag. 194; cf. quoque FARS, *Katbyksche Oudheden*, p. 64 (citante GEVERS DEYNOOT), de certi aggeris construendi conventionione A°. 860.

2) Cf. BROUWER, *Proeve ten betoog der ongrondw.* enz. p. 2 en 3, MEYER, *Instit. Judiciar.* IV, p. 23 sqq.

3) Cf. THORBECKE, *Brief aan een Lid der Staten van Gelderland*, enz. p. 40 sq.

4) Cf. A. ELINK STERK, jr., *Oud en Nieuw. Nasporingen en opmerkingen ter zake van de Heemraadschappen*, enz. p. 9. MATTHAEUS, *de Nob.* p. 912. Nomina *Heemraadschap* et *Waterschap* proprie indicare ipsum peculiarem istiusmodi fundi tractum, non vero Praefecturam sive Curatorum collegium, GEVERS DEYNOOT animadvertit *Op. l.* p. 31.



sive consociatio, quae uno aggere septa erat sive defensa 1). — Postea, Saeculis maxime XIII et XIV, cum aggerum exstructiones gravissimi coepissent esse momenti, cum magis magisque ipsa quidem flumina aggeribus continerentur, canales et aqueductus crebriores construerentur, ipsi Principi res majori curae quoque esse coepit: »hij was het," ita RIJCKEVORSEL 2), »die bij opene brieven de noodzakelijkheid aanwees, om den dijk aan te leggen, en die zijne onderdanen, wier bezittingen daardoor beschermd moesten worden, tot dat werk opriep, nadat hij het te voren met hen beraamd had a). Zij leverden hem dan de noodige arbeiders en bouwstoffen, en gehoorzaamden aldus wel aan de hoogste magt in den Staat, die hun een' last ten nutte van het algemeen opdroeg, maar vereenigden tevens onder zijn beleid hunne krachten, om die tot behoud van ieders bezitting in te spannen. Vandaar die ineensmelting van het Souverein gezag met den invloed van de vereenigde landbezitters, welke zich in het be-

---

1) Jh<sup>r</sup>. M<sup>r</sup>. P. A. M. V. O. VAN RIJCKEVORSEL, *Bijdrage tot de kennis der Hoogheemraadschappen en Waterschappen in de Provincie Utrecht*, 1<sup>ste</sup> Stuk, pag. 15. — Heim proprie significare Land, BILDERDIJK affirmat, cf. *Verklarende Geslachtslijst der Nederduitsche naamwoorden in voce*. Quodammodo ab his dissentit Consultissimus W. F. GEVERS DEYNOOT, *Op. laud.* p. 18, cuius tamen sententiae difficiliter assentire: sic enim habet: *Heymraden*: »d. i. Raden in het Heym (district) van den Graaf;" et in nota fide VAN LOON, *Al. Reg.* IV, 185, »Een grafelijk Hejm bestond oudtijds gewoonlijk uit 100 buurten, welke ten tijde der Frankische Koningen *Centenae* genaamd werden. — Bijeenvoeging van eenige Hejmen tot een district heeft waarschijnlijk het woord *Heymraadschap* doen ontstaan." Non enim tam procul inde deducatur opus esse opinor.

2) *Op. laud.* pag. 15.

a) Zie *Dijkbrief* van JOH. V. DIEST, op het maken enz. van den *Leeldijk benedendams*, A<sup>o</sup>. 1328, *Utr. Pl. Boek*, Dl. II, bl. 106.

heer onzer dijken tot op den huidigen dag heeft staande gehouden.”

Tunc igitur maxime Juris Publici proprio sensu objecta esse coeperunt aggerum Praefecturae, cum magis magisque existimarentur, ut recte quidem, res publicae salutis. Eam quidem ob causam *vulgo* 1) Grafiones (Dijkgraven), nimirum Principis (Landsheer) fere imaginem referentes, ab hoc eligebantur ac instituebantur.

Caeterum diversa opera diversae fuisse originis, i. e. aut publica auctoritate aut privata fuisse aedificata, aut non raro quidem eorum utriusque unione ac collatione, recte animadvertit ELINK STERK 2); inde administrationem evasisse mixti generis, ipsa ratio jam docet; inde etiam Publica Auctoritas magis minusve toti negotio adfuisse, necesse erat; qua de re ELINK STERK 3): »Waar vorstelijk domein door zekere op hoog bevel verordende banwerken te beschermen was, moesten de Graven ambtshalve zich de zaak aantrekken. In andere gevallen, was het in het belang hunner eigene inkomsten, dat zij een of ander werk ondernamen, of, door belofte van gunstbewijzen en uitgifte van gronden, aanmoediging tot ondernemingen gaven, en deel aan de regeling namen . . . . .  
. . . . . Doch ook particuliere ondernemers moesten hun landsheerlijk gezag inroepen, wanneer zij den afstand van een deel dominialen grond, eene uitwatering in algemeene

---

1) *Vulgo*: non enim semper; fide instrumentorum annor. 1413 et 1414, ex. gr. Grafo in Waterschap v. Byleveld eligebatur a fundi possessoribus (geërfden).

2) *Op. laud.* p. 11.

3) *Op. laud.* p. cit.

stroomen, of dergelijke vergunning te vragen hadden a), wanneer zij van hun opperste regtsmagt de handhaving van burgerlijke regten, of de uitspraak over onderlinge geschillen behoeften, en eindelijk ook, wanneer zij zich met eene eigene regtsmagt wenschten toegerust te zien, ter betere verzekering van het onderhoud hunner werken. — Zoo moest dan ook eigenaardig uit dit alles het gevolg ontstaan, dat het privaatrechterlijke en publiek-rechterlijke, het bijzonder eigendomsregt en het regeringsgezag of de regten der souvereiniteit, bij zeer vele, ja bij verre de meeste dezer voorvaderlijke ondernemingen, in naauwe verbinding gekomen en te zamengevloeid zijn; maar dat de tempering van die samenmenging verschillende kleuren en schakeringen aannam, naar gelang van plaats en omstandigheden."

Publica illa auctoritas ac cura initio verosimiliter ipsi Comiti solummodo, vel Balivo, vel Sculteto incumbere solebat; — postea vero, re validiore administratione indigente, cura illa magis magisque excipi incepit peculiari quadam administratione, ipsi rei propria, adjecta quadam Jurisdictione, nec non peculiari judiciorum ordine munita 1). Collegii caput vocabatur *Grafio* (*Dijkgraaf*), membra vero vocabantur *Curatores* (*Heemraden*). »Alles wat het toezigt over den dijk," ita v. RIJCKEVORSEL 2), »en zijn onderhoud betrof, was aan deze vergadering opgedragen, zij sprak regt in alle twistgedingen daaruit ge-

---

a) Verg. NYHOFFS *Gedenkwaardigheden uit de geschiedenis van Gelderland*, apud BROUWER, *Brief aan den Hoogleeraar THORBECKE*, Bijlage A.

1) Cf. VAN RIJCKEVORSEL, *Op. laud.* p. 15.

2) Lecco cit.



boren en strekte hare zorg ook over de rivieren uit, al hetwelk, als tot een geheel behoorende, het Heemregt uitmaakte a).”

Haec est Jurisdictio specialis, quam breviter tractemus necesse est, ut eam indicemus natura sua prorsus diversam a Jurisdictione Toparchis eo nomine concessa sive delegata.

Aggerum Praefectuum (Heemraden) Jurisdictionem omnes res complexam fuisse, quae ad aggerem pertinerent, nos docet MATTHAEUS 1), quin etiam delictorum punitionem, quae functionis tempore in aggere perpetrarentur 2). »Zij maakten verordeningen aangaande dijkzaken,» ita v. RIJCKEVORSEL 3), »stelden straffen tegen de overtreders vast, mits deze niet stredden met het gemeene regt en namen verder, even als het Hof, kennis van twistgedingen over eilanden en kribben in de Lek ontstaan of aangelegd b). Hunne vonnissen moesten niettegenstaande verzet noch hooger beroep worden ten uitvoer gelegd.”

Diversarum Praefectarum auctoritas pro parte analogica erat, pro parte vero valde diversa 4).

a) Zie de *Schouwbrief voor den Lekdijk benedendams*.

1) *De Jure Gladii* Cap. XXXII, p. 515 dieens de Praefectura Lekdijks bovendams.

2) Cf. MATTHAEUS, *de Nobilitate*, pag. 446.

3) *Op. laud.* p. 31.

b) MATTHAEUS, *de Nobilitate*, Lib. II, 215, 225, 239, 446 volg.

4) »Zoo sloot,» ita ELINK STERK, (*Op. laud.* pag. 29), »het dijk en waterregt, al van ouds, volgens vrij eenparige beginselen of costumen, in zich: het regt van aarde te halen ter naaster lage en minster schade; de zoogenaamde spa-steking (Toepassing van de leer: »die niet wil dycken, moet wyken.») en het boezemregt. Zij konden ook ordonnantien stellen op de policie over dijken, dammen en wateren, die hun toebetrouwd waren. Behalve dat was, in het algemeen; het besturend en uitvoerend gezag der met dijkbestier belaste hoofdcollegiën, in tijden van nood, uitermate groot.” (Dit heeft zich, volgens de opmerking van den Heer DIJCKMEESTER, bij sommigen zoo ver uitgestrekt, dat in geval van nood, zelfs met daken van huizen, breuken werden gestopt).

Varia autem auctoritas puniendi, quae consuetudini parebat. Supra jam vidimus fide MATTHAEL, Curatoribus Leccae aggeris superioris (Bovendams) competitivisse quidem Jurisdictionem capitalem; dispar quoque auctoritas oeconomica et in subjectos 1).

De communi principio ita THORBECKE 2): »De regeling van het Bestuur omvat:

- Ten eerste, het schouwen en de politie in 't algemeen;
- Ten andere, het regtsgebied;
- Eindelijk, de zamenstelling van het besturend personeel.

Het is onnoodig aan te toonen, dat de wetgeving over de twee eerste stukken voortkwam of hare kracht ontleende van landsheerlijk gezag. Hierdoor alleen kregen onderscheidene harer

---

1) »Niet alle collegien toch," sie ELINK STERK (*Op. laud.* p. 30) »hadden evenveel zaken noch dezelfde soort van zaken aan zich onderworpen; daar enkelen zich, naar den aard hunner bestemming, aan de bezorging der groote rivierdijken of zeeweringen en daaraan onmiddellijk verbondene sluizen of waterwerken, in het bijzonder, hadden toe te wijden, doch anderen zich gelijkerwijze de zorg over verschillende deelen van den inwendigen waterstaat en daaraan verknochte werken toebetrouwd zagen. — Allermeeest vonden bemoeijenissen van verschillenden aard zich vereenigd in onze groote waterschappen, met name die van Rijnland, Delfland en Schieland, waar de besturende heemraads- of hoogheemraads-collegiën zich van lieverlede belast zagen met het oppertoezicht over allerlei werken van algemeen belang: de zorg over sluizen en watergangen, het onderhoud der dijken op vereiscchte hoogte en breedte, polderkaden en evenredige bemaling der verschillende polders en verder al wat den aanleg van nieuwe werken betrof. — Praeterea hac de re v. RUCKEVORSEL, (*Op. laud.* p. 66): »Hunne regtsmagt," inquit, »streckte zich uit deels over zaken het dijkregt betreffende, als het herstellen van den dijk, het boezemregt, het spasteken; deels over lijfstraffelijke vervolgingen wegens misdrijven op den dijk begaan. Oudtijds werd zelfs eene bijzondere wijze van regtsvorderen bij de eerste gevolgd en was veelal het bewijs bij getuigen, zeventuig, in gebruik."

2) *Op. laud.* p. 55 sqq.

deelen de magt van panding, later parate executie genoemd, de onteigening ten behoeve der werken, het uitsluitend regt van het bestuur om dijken, leigraven of weteringen aan te leggen, hun eigen karakter en den noodigen waarborg.

En wie oefent het bestuur? Het moeten, zoo de poldergemeente niet is dan een burgerlijk regtsgligchaam, lasthebbers zijn der ingezetenen. Doch gij vindt gemeenlijk een landsheerlijk ambtenaar, den dijkgraaf, dikwerf een en denzelfden persoon als den regter, ambtman of baljuw van het landregterlijk district, aan het hoofd van het bestuur. Hij bestuurt gemeenlijk met heemraden, tot wier aanstelling de Landsheer medewerkt, zoo hij die niet alleen doet. In allen gevalle is het de Landsheer, die de wijze van benoeming regelt. De heemraden wijzen, als schepenen, het regt, door den graaflijken regtswang, die aan den dijkgraaf behoort, in werking te brengen. Dan de dijkgraaf heeft niet enkel den regtswang; hij heeft de schouwen en de geheele politiemagt; hij is het uitvoerend gezag. Het gebod van dijkgraaf en heemraden wordt, als publiek gebod, door strafbepalingen tegen allen weerstand gesterkt. Den grond drukt reeds de oudste dijkbrief van den Lekkendijk benedendams v. 1328 uit: »waar imand die dit wederstonde, »en zijnen dijk niet aan en nam, nogte en maakte als voorsz. »is, dat zouden wij houden aan zijnen lijve en aan zijnen »goede, *gelijk aan den genen die ons ende onsen Landen bederven wouden.*»

Quae jam sufficient: citata enim satis demonstrant, Jurisdictionem aggerum Praefecturis competentem non nisi ea complecti quam quae ad peculiarem illam ac propriam administrationem pertineant, et directe a Principe vel summa aucto-



ritate ad hoc unice hisce collegiis esse delegatam 1), nec quidquam igitur commune habere cum Toparcharum Jurisdictione, de qua supra diximus. Quin etiam ita VAN RIJCKEVORSEL 2): »Het schijnt, dat men in het eigenaardige van het dijkregt en in de afwijkingen, welke men daarin van het gemeene regt vond, de oorzaak moet zoeken waarom de Heemraden met regtsmagt bekleed werden.” — Insuper huius illiusve Toparchiae limitibus minime continebatur illorum Collegiorum Jurisdictio; propriis vero finibus circumscribatur, et nihil obstabat, quin recte aut unâ aut plures Toparchiae aut diversarum Toparchiarum partes tantummodo illi obnoxiae essent. — Denique jure aggerum muletæ ipsi Comiti cedebant, vel ab ipso postea Balivis Dycgraviisque relinquebantur; Toparchis vero, etiamsi aggerum Curatoribus, earum nihil devolvebat.

Quibus perpensis, quonam ullo modo, quaeso, ex Jurisdictione Toparchica argumentari poteris ad Jus, quibusdam Toparchis competens, aut Curatoris munere fungendi aut instituendi collegii socium, nimirum Curatorem? — Satis quidem liquet, Jus illud ex aliis esse derivandum; — ratio in promptu est; modo videamus, quorum fuerit ab omni tempore cum eligere curatores tum eligi: nam e principiis, quae ad haec pertinent, rem esse deducendam, jam sponte elucebit. Fundamentum enim (in Statutis Praefectarum fere omnium animadverti sane licet) totius electionis unice quaerendum est in ipsa fundorum eorumque Dominorum utilitate; idque quidem eo protrahebatur, ut in operibus illis majoris momenti, caeterum

1) Caeterum ea de re cf. ELINK STERK, *Op. l.* p. 15 sqq.

2) *Op. laud.* p. 67.

publicae utilitatis, pars tantum Curatorum a Principe eligeretur, altera vero pars aut a Societatibus, quarum *propter fundos proprios* directe interesset, aut ab Ordinibus, a quibus ii, quorum intererat, repraesentabantur 1).

Eam etiam, et unicam quidem, ob rationem Curatores eligere olim competebat Ecclesiae Superiori et Inferiori, nec non Nobilibus et Magistratui Urbis Trajectinae. Ex hoc principio quoque argumentans recte B. G. A. PABST 2): »Ecclesiasticos olim solum jure possessionum ad eligendum idoneos fuisse, adeoque divenditis hisce Ecclesiasticis bonis A° 1795, jus electionis aequè minus Urbi Rheno-Trajectinae atque Collegio competere, sed emtoribus horum honorum, qui domini jure gaudebant, adeoque proprietariis generatim;” quibus assentitur quoque VAN RIJCKEVORSEL 3).

Ita etiam cuilibet, ut recte eligeretur Curator Praefecturae Leccae Superioris (*Lekdijk bovendams*), certo fundi tractu (*goede hoeve land* 4)), sub aggere sito, opus erat, vel annuo reditu (*erfrente*) 50 florenorum 5).

Ita in Hydrarchia Heicop sive Lange Vliet Curatorum electio obtinebat ex iis, qui dicebantur *Ingelanden* 6), et quidem

1) Cf. v. RIJCKEVORSEL, *Op. laud.* p. 16.

2) Dissertatio hist. Jurid. de *Hydrarchia Byleveld*, p. 39.

3) *Op. laud.* p. 16, cf. etiam p. 74.

4) *Hoene*: verosimiliter, tamen incerte, mensura 24 *jugerum*, cf. v. RIJCKEVORSEL, *Op. l.* Bijlage I, fide *Tijdschrift voor Geschiedenis*, V<sup>e</sup> Jaarg. p. 406. Secundum alios 30 *jugerum*, cf. GEVERS DEYNOOT, *Op. l.* p. 17; vel 16 *jugerum*, cf. A. G. BROUWER, *Brief aan den H. Gel. Heer Mr. J. R. THORBECKE ter wederlegging van Z. H. G. advies betrekkelijk Dijk- en Polderzaken*, pag. 8.

5) Cf. *Gr. Utr. Plac.* II, p. 65 (Ordonn. 8 Aug. A<sup>i</sup>. 1532).

6) »Merken wij op,” ita ELINK STEERK, *Op. laud.* p. 20, »dat het woord *inge-*

pagorum Heicop, Vleuten, Maarssen, Breukelen vel Cockengen, quos permanat aquaeductus 1).

Ita in Hydrarchia Byleveld suffragia pro majori jugerum numero (naar Bundertallen) computabantur, »ita, ut qui centum jugera possideret, etiam centum suffragia haberet 2).”

Ita secundum Edictum CAROLI VI d. 18 Oct. 1533 Curatorum in Praefectura Bunschoter Veen en Veldendyk requisita fundi possessio definiebatur mensurae 15 dammaten 3).

Ita ex Praescripto, ab Ordinibus confirmato in d. 20 Dec. 1653 Praefectura aggeris Slaperdyk Curatorum numero 8, e proprietariis mandabatur, qui »sullen moeten gegoed zyn aan vaste goederen ter waardye ten minsten van drie duysent guldens, ofte een vierendeel van een ploeg;” eum ad jus suffragii requireretur fundi possessio 1500 flor. »Dat ook niemant onder eenige Communiteyt stem zal hebben, ten sy hy onder deselve Communiteyt gegoed zy aan vaste goederen ter waardye ten minsten van vyftien hondert guldens 4).”

Ita in Hydrarchia Woerden Curatoris officio fungi nemini licebat, nisi possideret 20 fundi jugera: »Dat geen andere Heemraden sullen mogen werden gestelt, als die in de Grootte

---

land in onze oude plakkaten steeds voorkomt in de beteekenis van *geland* te zijn *in*, d. i. *landbezit* te hebben *in* een district; terwijl men andere lieden en vooral de poorters der steden, meestal den naam van *ingezetenen* gaf. De zoogenoemde *eigen-erfden* bekleedden natuurlijk den eersten rang onder onze ingelanden; maar landgebruikers werden somtijds mede daaronder geteld.”

1) Cf. v. RIJCKEVORSEL, *Op. laud.* p. 41.

2) Cf. PABST, *Op. laud.* p. 35, — v. RIJCKEVORSEL, *Op. l.* p. 76.

3) Cf. *Gr. Utr. Plac.* II, p. 57, »welke Heemraden sullen ten minste 15 dammaat lands hebben onder voorsz. dyk.”

4) Cf. *Gr. Utr. Plac.* II, p. 174.



Waterschap van Woerden geërft, ende gegoet zyn, tot twintig mergen lands, wel meer maar niet minder 1).”

Exempla sane haec fere unice ex Provincia Trajectina sumta, attamen in omnibus fere Praefecturis nostrae Patriae idem principium valuisse sibi persuasum quisque habebit, modo si adeat *Placitorum Collectiones*, a VAN MIERIS, CAU et SCHELTUS aliisque editas 2).

Ex eodem principio argumentatus J. A. GERLACH Jr. 3), quoque recte judicavit aggerum Praefectarum et Hydrarchiarum membra praesentari decere ab ipsis fundi possessoribus (*Ingelanden*), jus suffragii habentibus, idque ex eorum numero; »doordien de leden der besturen.” inquit, »niet anders zijn dan de gecommiteerden of lasthebbers der landeigenaren. Immers van de grondbezitters, van de landeigenaren gaat het mandaat van hun beheer uit . . . . .

. . . . .  
wie is meer gerechtigd tot die voordragt, des noods tot die benoeming, dan de landeigenaar? Aan hem toch behoort het gezag over zijne eigene bezittingen, over vaste goederen, die hem alleen en geen ander toebehooren, en waarover de wet en het gezond verstand hem uitsluitend meester laten.” — Porro fundi possessoribus suffragium competere, pro rata fundi possessione: »omdat de dijk- en polder-besturen bijna uitsluitend in het belang der landeigenaren bestaan; van wie toch ontleenen zij hun aanzijn? van wie anders dan van Ingelanden 4)?

1) Cf. *Gr. Utr. Plac.* II, p. 282.

2) Cf. omnino etiam BROUWER, *Brief*, enz. pag. 7 sqq.

3) *De regten en pligten van den Nederlandschen Landeigenaar tegenover Heemraadschappen en Polder-besturen*, pag. 6, 3°.

4) *Ibid.* pag. 7. 4°, cf. etiam VAN RIJCKEVORSEL, *Op. l.* p. 74.

Denique ELINK STERK 1) nonnullis citatis privilegiis concludit hisce verbis: »Genoeg dat toch het kiesregt en de verkiesbaarheid overal, blijkbaar, op regten en aanspraken steunden, die hun eersten en voornaamsten grond hadden in het regt van *eigendom* of *ingelandschap*.” — Et haec conclusio quoque nostra. Porro adeo verum hoc principium apparet, ut nonnullis Praefecturis aggerum et Hydrarchiis majores quidam fundi possessores, nomine *Hoofdingelanden*, dudum adjungerentur aut ipsi Collegium constituentes, aut nullo Collegii vinculo conjuncti 2).

Quo principio igitur agnito, cuiusnam, quaeso, magis interesse potuit rem salvam fore, quam Toparchae, cui Toparchiae fundi universi quondam competitivissent pleni titulo domini, et cui hodie adhuc, praeter fundi possessionem caeteris privatorum agris in Toparchia vulgo longe majorem, caeterarum illarum possessionum major minorve pars reservata competat, ut demonstrant census, decimae aliique redditus et jura nonnulla, de quibus agere Secunda huius disputationis parte mihi proposui.

Praeterea recte praesumi licet, ipsos Toparchas olim propter immensas illas fundi possessiones etiam plurimum contulisse ad aggerum extructiones, ut jam animadvertit GEVERS DEYNOOT 3), his verbis: »Daar de adel destijds, door giften der Graven als anderzins, onder de grootste grondeigenaren behoorde, vermeenen wij, dat hij zeer veel aandeel in deze bedijkingen nam.

1) *Op. laud.* p. 24.

2) Cf. GEVERS DEYNOOT, *Op. laud.* passim.

3) *Op. laud.* p. 17.

Wij verschillen echter van gevoelen met hen, die oordeelen, dat door de Heerlijke sloten en kasteelen die bedijkingen als het ware afgebakend werden. Vele dier sloten toch zijn van latere dagteekening, en werden achter de dijken gebouwd, terwijl verschillende Ambachten of Heerlijkheden, verre van de rivier verwijderd, aan de bedijkingen deel namen, zoo als de hoefslagen, nog ten hunnen laste liggende, bewijzen. . . . . Bepaaldelijk kan men zeggen, dat die bedijking in Zuid-Holland geschied is door en voor rekening van afzonderlijke grondeigenaars, waaronder vele ambachtsheren." *Profecto quod ad agros exsicandos attinet, qui exsiccati nomine Waterschappen et Polders gaudebant, hoc potissimum a privatis susceptum esse apparet (ut hodie vulgo adhuc fit), et ad quod suscipiendum Toparchis vel Ambactis Literae Patentis (Octrooyen) a Principe indulgeri solebant 1). Quod permultis Privilegiis probari licet; sic ex gr. Privilegio d. 20 Oct. 1321 2), quo GULIELMUS Comes derelictos in Frisia agros edi jubet, ut aggeribus cingantur; et Privilegio d. 13 Mart. 1326 3), quo Comes erogat agrum, situm occidentem versus Vlissingae portus, aggere cingendum: »Wi W. enz. maken cond enz., dat wi ghegheven hebben ende gheven in vrien eyghen een polrekyn te Vlissinghe bewester havene, grote . . . ., te bediken, caet.;" denique Privilegio 14 Sept. 1409 4), quo Comes GULIELMUS terras, extra aggeres prope Maaslandsluis sitas, aggere muniendas cedit Domino*

1) Cf. GEVERS DEYNOOT, *Op. l.* p. 62.

2) Cf. *Groot Charterboek* II, 264.

3) Cf. *Ibid.* II, 381.

4) Cf. *Ibid.* IV, 129.



JANO VAN HODENPYL: »Voirt gheven wi Heren JAN, ende denghenen die mit hem gedyct hebben, ende bedycken sullen, den eyghendom van der erve datter inbedyct is of bedyct werden sal, caet.,» caeterisque multis 1).

Cuinam ergo, quaeso, meliore jure jus competeret quam Toparchae, instituendi Curatorem, vel eo munere fungendi? — Profecto, si alio fundamento niteretur jus illud, certiores nos redderent antiqua diplomata; verum aliter res se habet; legimus quidem 2), Ambactos sive Toparchas singulos a Lopik, ab IJsselstein, a Langerak et a Jaarsveld nactos esse jus instituendi Curatorem, non vero ex quanam caussa; nec mirum: caussam enim ipsa ratio jam indicat; scilicet longe major eorum utilitas ac commodum.

Legimus quidem 3), jus instituendi Curatores in Praefectura aggeris Isalae (IJsseldijk) nactos esse, loco Burggravii a Montfoort Ordines, et Toparchas singulos ab Heeswyk, a Willemskop, a Blokland, unum Curatorem, Toparcham vero a Dykvelt et Rateles duos Curatores; nec vero docemur qua ratione; nec mirum: res enim luce clarior; res nititur majori eorum commodo ac utilitate privata. Cui principio contrarius non videtur GEVERS DEYNoot 4), existimans: »dat het denkbeeld eener groote behoorlijke indijking door eenige vereenigde grondeigenaars en Ambachtsheeren ontworpen en daargesteld werd, die daarnia van zelve het toezigt en bestuur over die

1) Cf. omnino C. C. E. D'ENGELBRONNER, *Dissertatio Juridica Inauguralis de Dominio Agrorum Inundatorum, e Jure Romano et Patrio*, Amst. 1839, pag. 33, sqq.

2) *Gr. Utr. Plac.* II, p. 109.

3) *Ibid.* II, p. 124.

4) *Op. laud.* p. 18.

werken behielden. Door den aard en belangrijkheid hunner bemoeijingen weldra onmisbaar geworden, werden zij door het hoofd van den Staat als bepaalde Besturen erkend, en met privilegiën en regten begiftigd;” et alio loco 1): »Vooreerst waren de betrekkingen van Dijkgraaf en Hoogheemraad *immer onafscheidelyk verbonden aan grondbezit*. . . . . Ten andere strekte hun gezag tot bescherming van grondeigendom, waarin zij zelven deel hadden. Het gold derhalve geene staatkundige of burgerlijke regten, die aan wisselingen blootstaan; het betrof een meer onveranderlijk voorwerp.”

Quae cum ita sint, Jus illud Toparchis quibusdam competens, nequaquam originem ducit ex Jurisdictione Toparchica, nec inde Toparchicum evasisse jus dicendum est, sed recte et pure quidem profluere ex fundi possessione, caeterorum privatorum in Hydrarchiis agris longe majore; quam ob rationem nostri Articuli alineâ 1<sup>a</sup> impugnari minime docet, quidquid hac de re effati sint Administri in responso d. 30<sup>i</sup> Sept. 1848.

Caeterum, an sit publicum Curatoris munus sive officium, dubitari vix licet 2).

Postremo in censum veniunt Officia illa minora, de quibus Edicti d. 26 Martis A<sup>i</sup> 1814 3) art<sup>us</sup> 2<sup>us</sup>: »alle kleinere ge-

1) Ibid. pag. 114.

2) Cf. GEVERS DEYNoot, *Oj. l.* p. 31.

3) Staatsblad, N<sup>o</sup>. 46.

meente-bedieningen, welke te voren door de Heeren of Eigenaars vervuld werden;" quibus tute, ut videtur, adnumerantur Officia Obstetricum, Nautarum, Nunciorum aliaque multa. In singula nunc inquirere non fert propositum; illis tamen, prout cum Jurisdictione ac Publica Administratione commune nihil habeant, Toparchicam denegare naturam non vereor.



§ III.

„Zijn afgeschafft.”

Verba: *zijn afgeschafft*, triplici sensu intelligi et explicari possunt; duplici quidem sensu, ut animadvertit FABER VAN RIEMSDYK 1):

1°. haec jura (de quibus sermo) jam antea cum extincta sint, extincta manent;

2°. nunc vel hoc articulo extinguuntur;  
quibus accedit a Ministro data explicatio tertia:

3°. probatione scil. praecedentium Speciminum (Wetsontwerpen) novae Legis Fundamentalissimae, jura illa Toparchica, de quibus alineâ primâ sermo, ipso facto tacite extincta fuisse: Imperii enim potestates illis Speciminibus definitae, ordinatae et divisae erant, quibus non continebantur Toparchiae (Heerlijkheden).

Si *prima* explicatio vera, excessit fines suos Legislatores, ingressus territorium Judicis, cui soli, ceteris exclusis, dijudicandum erit, an ea jura extincta recte intelligenda sint 2).

Revera non extincta esse intelligenda, inter alios breviter nec non eleganter probare nuper conatus est Vir Nobilissimus W. J. D'ABLAING A GIESSENBURG, cuius opusculum lectu dignissimum. Ad refutandam autem sententiam illorum, qui statuunt, jura Toparchica extincta esse Constitutione A<sup>i</sup> 1798, haec solummodo afferre volo, quae etiam a D'ABLAING allata sunt: pro-

1) Bijbl. p. 830.

2) Cf. VOORDEIN, pag. 539.

prie scil. nullam tribuendam esse vim Constitutioni A<sup>i</sup> 1798, cum mox ea Constitutio abolita sit *cum omni effectu* quasi nunquam exstisset 1); et insuper novi tunc instituti rerum status *conditionem legitimam* praecedentibus *ex* legibus politicis nunquam deduci posse, secundum regulam: *quod initio vitiosum est* caet. Quodsi igitur quis provocet ad A<sup>i</sup> 1798 Constitutionem, simul provocabit ad illam periodum superiorem, qua illa jura recte legitimeque vigeant; cui sententiae favebant illi Reipublicae quatuor insignes Advocati VAN TWIST, SCHEPMAN, VITRINGA et VAN DER SPYK 2).

---

1) Cf. *Proclamatio* 14 Sept. a<sup>i</sup> 1801, qua ita perstringebatur Lex Imperii A<sup>i</sup> 1798: »Welke (Constitutio videlicet) in desselfs geboorte en uitwerkselen de kentekenen met zich voerde van de drift en de overhaasting, waarmede dezelve in de waereld was gebracht; dat dezelve niet den verklaarden wil van alle Ingezetenen bevattede; — dat dezelve niet naar den aart noch naar de behoeften der Ingezetenen was afgemeeten; *maar alleen was een* gewrocht van een parthy, welke door alle de spitsvindigheden van een bedriegelijke staatkunde getracht heeft het Bestuur van 's Lands zaaken onder een zekren kring van menschen te bepaalen; — dat aan de Ingezetenen de kennis en beoordeeling van eigen zaaken ontrok en alle zelfsbestuur ontnam; — dat noch met den aart en de gesteldheid der zaaken, noch met de plaatselijke ligging onzes Vaderlands, noch met de onderscheiden behoeften en de verschillende zeden der Burgeren overeenkomstig was, en de rust, eensgezindheid en het geluk van allen niet bevorderen kon.” Quibus additur ab Anonymo, *Memorie ter wederlegging der gronden en redeneeringen, vervat in de twee rapporten van den Raad van Binnenlandsche zaken, aan het Staatsbewind der Batavische Republiek over de Heerlyke regten*: »En zal men dan met eenigen grond kunnen volhouden, dat omtrent zulke bepalingen, welke in de latere nu achtervolgd wordende Staatsregeling niet gevonden worden, de oude afgeschafte weder moet herleven?”

2) Cf. *Adoys van 's lands Advocaten aan het departementaal Bestuur van Holland*, exhib. 30 Sept. 1803: »Dat de bovengemelde Raad (van Binnenlandsche Zaken) zich merkelyk abuseert ten aanzien van den staat van het geschil, wanneer dezelve het zoo wil doen voorkomen, als of by de Staatsregeling van 1798 alle Heerlyke Rechten afgeschafte of vernietigd zijnde, 'er tegenwoordig geene meer zouden be-

*Secunda* interpretatio unice vera mihi videtur, quamvis difficulter absolvas Legislatorem laesione jurum bene acquisitorum 1): Summo Imperanti enim qualis et quanta auctoritas tribuenda sit ex Juris Publici Universalis principiis, postea 2) examinare mihi propositum habeo.

Quod attinet ad *tertiam* a Ministro datam explicationem sive interpretationem, subtilior haec quam verior mihi videtur. Quod enim attinet ad argumentum a silentio, temeraria videri possit positio, simpliciter non enumerando Toparchiarum auctoritatem extinctam illam esse. Me judice expressis saltem verbis hoc fieri oportebat; adde, quod sane nemo diffiteri poterit, ipsam Rempubicam olim palam vendidisse ejusmodi Toparchias cum Jurisdictione certisque Juribus (sine Jurisdictione autem Toparchia proprio sensu desinit esse) nec non pretio esse ditatam.

Nec est fictio, praecedenti adhuc saeculo Hollandiae et West-Frisiae Ordines, id est, Principem vendidisse: »vele Ambachts-Heerlykheden tot ondersteuning van 's lands bezwaarde schatkist 3).”

Nec est fictio, eosdem Ordines teste ipso emtionis et venditionis instrumento 4) (Algemeene Koop-conditiën) totidem verbis

---

staan, en dat dus de vraag zoude wezen, of dezelve Rechten, na eenmaal te zyn afgeschafft, en vervallen, op nieuws zouden worden teruggeroepen. — Daar in tegendeel de Staatsregeling van den Jare 1798, met alle derzelve Effecten, uit den weg geruimd zijnde, die Rechten enkel uit krachte eener *provisioneele dispositie* van den toenmaligen Wetgever *als slapen*, en tot eene nadere dispositie niet kunnen uitgeoeffend worden, en mitsdien, dat de Staat van het geschil is:” caet.

1) Cf. VOORDUIN, pag. 539.

2) *Parte huius disputationis tertia.*

3) Cf. *Advys etc.* jam antea memoratum, exhib. 30 Sept. 1303.

4) Art. 23.



promississe et contraxisse: »Om deze Heerlykheden te garantireren en te indennieren van alle evictiën en vindicatiën, die op dezelve, en tegen de koopers ter zake van dien zouden kunnen of mogen gepraetendeerd worden.»

Jam vero qualis vis tribuenda sit tali de futura evictione cautioni (garantie), docet GROTIIUS 1), docent et Juris Civilis cum Romani tum hodierni principia.

Quodsi objiciantur GROTII 2) verba: »Zaken tot den Godsdienst ofte Lands, ofte stads zake geeygent, mogen by byzondere lieden niet verkogt werden,» qualia recte intelliguntur *Domania*, respondeo: qui de uno negat, affirmat de altero; quod privatis non licebat, licuit Reipublicae.

Nunc autem constat, in nonnullis Provinciis, quin etiam post annos 1814 et 1815, nomine Civitatis vendita fuisse *Domania* cum juribus Toparchicis huius generis, nimirum praesentationis et institutionis.

Repeto: tacitam talem abrogationem sponte subintelligendam esse, nimis temeraria mihi videretur positio; — quod si verum esset, adsimilanda foret ars Politica hodierna praestigatoris dexteritati.

---

1) *Inleid.* III B. 14 dl. § 6 sqq. »Tot waring: wel is waer dat oorspronkelijk koop als komende in plaats van ruyling, alleen heeft gedient om ymand den eygendom over te doen dragen, gelyk noch zulks de meening van de handelaers behoord te zijn, maer doordien 't dikmael gebeurt dat yemand meent 't zyne te zyn, 't geen daerna bevonden werd het zyne niet te zyn, ende den kooper in zulken gevalle dikmael niet wel en zoude zyn gedient met vernietiging van de handeling, is goedgevonden dat de handeling zoude bestendig blyven, en dat den verkooper den kooper den eygendom zoude doen hebben: (l. 11, § 2 *D. de Act. empt.*) zoo niet, dat hij den kooper boven den koopschat zooveel zoude vergoeden, als denzelven kooper aan den eygendom van de zaak gelegen was (interesse) 't welk men noemt *waren* (praestare auctoritatem).»

2) *Ibid.* § 10.

§ IV.

**DE COMPENSATIONE DAMNI.**

An extincta sint illa jura sine damni compensatione, quaestio est. — Quod primo obtutu diceres, cum huius articuli secundâ alineâ de jurum Toparchicorum *ceterorum* extinctione *horumque compensatione* sermo sit, quasi per antithesin. Hoc ita intellexisse utriusque Collegii socios nonnullos, apparet. Secundum relationem scil. generalem (Algemeen Verslag) d. 8 Aug. nonnulli socii se hoc probare non posse, declaraverunt.

Ita etiam in Sectione prima primi Ordinis Collegii quinque socii huic sententiâ assentiri noluerunt.

Denique d. 27 Sept. referuntur quidam in Ordinum Collegio duplicato declarasse: »In de afschaffing van Heerlijke regten zoo als die in de 1<sup>e</sup> alinea van dit Artikel schijnt bedoeld te zijn, en dus *zonder eenige schadevergoeding*, nog altijd overwegend bezwaar te zien.»

Verum enimvero non ita res se habet: — nulla compensatio addicta vel promissa est, nec prorsus denegata.

Animadversione sane dignissimum, extinctione primum proposita, *sine ulla compensatione* a quinque Viris, a Rege electis, deinde ea verba ejecta esse e Specimine cum Ordinibus Generalibus communicato. Compensationem omnino denegare noluisse videntur et Rex et Ministri temporarii.

Cuius rei, in consessu d. 24<sup>i</sup> Aug. ipse Minister rerum domesticarum rationem reddidit his verbis: »Zij wordt niet toegezegd, zij wordt ook niet ontzegd. Het wordt dus in het midden gelaten, of zij al dan niet zal worden gegund;» — et

mox: »Hier wordt over die schadeloosstelling niet beschikt, omdat er gevallen en omstandigheden denkbaar zijn, die kunnen medebrengen, dat deze schadevergoeding, ofschoon uit den aard der zaak niet verschuldigd, *pligtmatic* wordt.»

Denique in consessu d. 7<sup>i</sup> Oct. gaudio exsultat Minister, se confiteri posse memoratum Articulum 4<sup>tum</sup> Legis *innocentissimum*: »Het verheugt mij dit te kunnen zeggen — het is het onschuldigste Artikel der Wet, en hetgeen hier te lezen staat, is het onschadelijkste dat met betrekking tot dit onderwerp kan worden geschreven. Men moet of het Artikel onjuist hebben begrepen, of zich door spoken, die men zich voor den geest bragt, hebben laten verschrikken en daardoor verhinderd zijn geworden de waarheid te zien.» — Et mox: »Uit de vergelijking der beide deelen (*huius articuli*) heeft men de opmerking geput, dat in het laatste van schadeloosstelling gesproken, in het eerste daarvan gezwegen wordt, en dat men daarom moest aannemen, dat, wat de eerstgemelde Heerlijke regten betreft, geene schadevergoeding gegeven zou worden.

Deze gevolgtrekking is onjuist. Dit hebben wij niet bedoeld  
.....  
.....  
en dat wij werkelijk alle schadevergoeding met opzigt tot de staatkundige heerlijke regten niet hebben willen uitsluiten, dit bewijst in de eerste plaats de vergelijking der 1<sup>e</sup> alinea met art. 24 der staatsregeling van 1798, waar de vernietiging der bedoelde regten uitgesproken wordt *zonder eenige schadevergoeding*. Wij hadden dat Artikel voor ons liggen; hier, gelijk daar, worden de staatkundige Heerlijke regten afgeschafte, maar in 1848 wordt niet vastgesteld, zooals in 1798 plaats vond, dat



geene schadeloosstelling verschuldigd zal zijn. In de tweede plaats wijs ik op het Ontwerp der Commissie van 17 Maart j. l., waar al. 1, van Art. 2 der additionnele bepalingen aldus luidt:

»De Heerlijke regten, betreffende voordragt of aanstelling van personen, worden *zonder schadeloosstelling* afgeschaft.»

Zal het niets beteekenen, dat, terwijl de Commissie in haar voorstel de woorden *zonder schadeloosstelling* bezigt, deze door het Ministerie zijn uitgeschrapt? Dit is inderdaad van groote beteekenis en nu zal men geen regt meer hebben, om hier den regel toe te passen: *inclusio unius est exclusio alterius* caet. . .

..... Wij willen het geheel aan het oordeel des regters in ieder bijzonder geval, hebben overgelaten te beslissen, of eenige aanspraak op schadevergoeding ter zake van afschaffing kan worden gemaakt. . . . .

Zijn er zoodanige (gronden) die luide, zeer luide spreken, dan zal door deze Grondwet de weg niet afgesneden zijn, om zich met die gronden tot de regering te wenden, en dan zal deze in overweging kunnen nemen, in hoeverre zij, behoudens hare verpligting jegens de Natie, aan de geuite wenschen voldoen kan, en of er misschien verpligting bestaat, om van de vertegenwoordiging gelden te vragen tot bevrediging van zoodanige eisschen der billijkheid.

Ik meen hiermede genoegzaam aangetoond te hebben, dat wij in de 1<sup>e</sup> alinea van Art. 4 eenvoudig de afschaffing vermeld hebben van de daar bedoelde Heerlijke regten; dat wij geene aanspraken gekrenkt hebben noch van regt noch van billijkheid, en dat *hieromtrent alles volkomen in zijn geheel wordt gelaten.*»

Quam orationem Ministri satis magni momenti duxi, ut referrem.

Peti ergo potest damni compensatio, si graves ac justae adsint expostulationes aut valida aequitatis argumenta.

Quod ad jura ea politica attinet jam obsoleta, damni compensatio strictim denegatur priscis possessoribus a Ministro: »Ik erken dat regt niet,» ait in consessu d. 7<sup>i</sup> Oct. »de billijkheid zoude het toekennen eener schadevergoeding kunnen vorderen.»

De *jure* igitur ad damni restitutionem pauca afferre mihi proposui in ultima huius disputationis parte. Nunc breviter solummodo de *aequitate*.

Nonne justa positio adesse talia aequitatis argumenta, si juris civilis sequelam habuerint ista jura? — Quaenam autem non habuerunt? Nonne juris privati objecta olim habita sunt? Saeculo praeterito saltem sine controversia in commercio erant; ut alia, de quibus contrahitur, emta sunt et vendita; ab ipsa Republica vendita sunt sub evictionis conditione.

Quas ob causas difficile assentiendum mihi videtur Viro Amplissimo LUYBEN, arguenti: »Dat de bezitters die regten *titulo oneroso* verkregen hebben, verandert de zaak niet. Dat zij daarvoor gelden hebben uitgegeven, is eene onvoorzigtigheid geweest, welke zij zich zelve te wijten hebben. — Daarvoor is de Staat niet verantwoordelijk;» — nec etiam Viro Nob. WICHERS, in consessu d. 24<sup>i</sup> Aug., ita statuenti: »Die regten... waren slechts eene delegatie van magt van den Souverein, welke delegatie dan ook door denzelfden Souverein kon worden teruggenomen. — Heeft men nu voor de uitoefening van dat regt gelden betaald, dan is dit slechts eene *recognitie* ge-

weest voor het *momentaneel* bezit daarvan, maar het was *geen koopprijs*.”

Quae defendi vel sustineri posse mihi minime videntur, si emtionis conditiones inspicias, sub quibus praecedente adhuc Saeculo Ordines Hollandiae et West-Frisiae eius generis jura vendiderunt; praesertim, si inspicias instrumenti supra laudati Art. 23<sup>um</sup>, quo Ordines illi promiserunt et se obligarunt: »om deze Heerlykheden te guarandeeren en te indemneeren van alle evictiën en vindicatiën, die op dezelve en tegen de koopers ter zake van dien zouden kunnen of mogen gepraetendeerd worden.”

Toto coelo sane differt quoque a durioribus Virorum Ampl. LUYBEN et WICHERS sententiis responsum, a Viro egregio J. D. MEYER datum 1).

Venditum nempe fuerat litteris patentibus d. 28 Martii A<sup>i</sup> 1478 certum Domanium, Dynastia scil. C, pretio 2282 librarum circiter a MAXIMILIANO *Austriaco* et MARIA *Burgundica*, Comite ac Comitissa tunc temporis Zeelandiae, FLORENTIO A BORSELEN, Equiti, filio spurio Viri Nobilissimi FRANCI A BORSELEN, Comitibus ab *Oostervant*; quae Dynastia C ita circumscripta: »De Stede, slot, boomgaarden met etc.

..... terwijl als regten dier heerlykheid mede worden opgedragen, Maaldery, Visschery, Vogelary, Veren, Ommeloo-pen, Aanwassen en alle andere Ambachtsgevolg, met den excyns aldaar, al zoo groot als die nu daar is, of namaals mogt worden, met Besterfte, Bastaard-goederen, Strangiersche goederen en alle andere zekere en onzekere gekomingen, vervallen en

1) *Consil. Juris*. III.



profyten enz.; wel te verstaan, dat de geërfdē in den Ambacht van C niemand schot noch bede zullen geven, hetzy by den steenschiet of vrije, of by der breedte als het gebeuren zal, dan aan den voorzegden Heere FLORIS, en zijne erven en nakomelingen, Heeren en Vrouwen tot C, die zij gehouden zullen wezen het schot te geven; waarmede diezelfde geërfdē jegens ons en onze nakomelingen Graven van Zeeland volstaan zullen, zonder eenige andere bedē, subventiën of contributiën, hoe men die noemen mag, jegens ons, onze erven en nakomelingen, Graven en Gravinnen van Holland en Zeeland, tot eenigen tijd gehouden te zijn.”

Jam vero, an sine injuria a Summo Imperante potuerit admi absque ulla damni compensatione Dominis a C jus impo- nendorum vectigalium, legali modo acquisitum, longissimoque temporis spatio sine ulla controversia exercitum, quaestio erat, cui MEYER 1) negando his verbis respondet: »Het lijdt bij iemand, die niet alle denkbeelden van maatschappelijke orde wil omverre werpen, geenen twijfel, dat burgerlijke gemeenschap (zooals zich DE GROOT in zijne *Inl. enz.* II B. 3<sup>e</sup> dl. §. 2 uitdrukt) zijnde ontstaan, die geheele gemeenschap een hooger regt zoude hebben over het goed harer burgers, dan die burgers zelve, en het is niet noodig een aantal schrijvers bij te brengen, om dit te bewijzen. Ja, de Heeren van C behoeven zich in al de onderscheidene geschillen over de uitgestrektheid van dat regt niet in te laten; zij geven gaarne toe, dat de uitoefening van hetzelfde niet aan het eenige geval van gebiedende noodzakelijkheid is gebonden, ja om merkelyk nut

---

1) *Op. laud.* pag. 43.

of groot gemak, de Souverein over de eigendommen zijner onderdanen beschikken kan; zij nemen de leer over het zogenoemde *dominium eminens* aan in den volsten zin, waarin dezelve, hetzij bij DE GROOT, *de Jure B. ac P.* Lib. I, Cap. 1, § 6, Cap. 3, § 6, No. 4, Lib. II, Cap. 14, § 7, Lib. III, Cap. 20, § 7, of bij BIJNKERSHOEK, *Quaest. Jur. publ.* Lib. II, Cap. 15, is voorgesteld; tot welke van de Nederlandsche Schrijvers men zich thans bepaalt; welke de uitgestrektheid van dit regt zijn moge, zoo is echter de eenstemmige leer van deze Schrijvers, dat, wanneer de Souverein daarvan gebruik maakt, dezelve gehouden is, aan die bijzondere ingezetenen, wier eigendom of regten geschonden worden, eene schadeloosstelling te geven, geëvenredigd aan het nadeel, hetwelk zij daardoor komen te lijden. Dit was bij de Romeinen reeds bepaald in *Leg. Cod. de Operibus publicis*; het is altijd stilzwijgend als regtens erkend; het is vervolgens, toen men geschrevene Staatsregelingen en bijzondere wetten had, altijd en in alle gevallen overgenomen; het is de bepaling van de tegenwoordige (A. 1815) Grondwet, Art. 164, even als die van het Burg. Wetb. Art. 545.”

Tandem ita concludit 1): »Maar zoude dan eene nieuwe wet geene verandering in de uitoefening van zekere regten kunnen daarstellen? Dit ware de ongerijmdheid zelve. De Wet regelt alle handelingen; zij kan al die regten *wijzigen, veranderen, ontnemen*, die zij gegeven heeft; alle ingezetenen zijn aan hare uitspraak onderworpen; maar ook *Digna vox est majestate Regnantis, legibus alligatum se Principem profiteri*, zooals de Keizers THEODOSIUS EN VALENTINIANUS in L. 4 *Cod. de Legibus*, zciden; en

1) Ibid. pag. 45.

waar de Souverein eene verbindtenis aangaat, daar kan hij door geen nadere Wet zich zelve van zijne verpligting ontslaan."

Ubi igitur acta est res a Republica, quae pertineat ad negotia vitae civilis, qualia et a singulis hominibus, qui in civitate vivunt, quotidie peraguntur, quidni applices juris privati regulas, ut fecit Vir Gravissimus VAN LEEUWEN, in consessu d. 7<sup>i</sup> Oct. his verbis: »Ik kan die magtspreuk . . . . ., dat *sibi impotent*, niet overeenbrengen met Art. 1530 van ons Burgerlijk Wetboek: »alhoewel bedongen mogt zijn, blijft hij nogtans »per tot *geene* vrijwaring zal gehouden zijn, blijft hij nogtans »aansprakelijk voor de zoodanige, welke uit eene daad, door »hem zelve verrigt, voortspruiten. *Alle hiermede strijdende »overeenkomsten zijn nietig.*" Quamquam argumentationem, e Codice Civili haustam, refutare supervacaneum duxit Minister temporarius rerum domesticarum. Respublica privatae personae instar vendidit; emerunt, qui cum illa contraxerunt et pretium solverunt, cives; — applicandae igitur sine dubio regulae emtionis venditionis. Ita etiam Vir Ampl. VAN DE WALL in consessu d. 2<sup>i</sup> Oct. de denegatae compensationis injustitia ita questus: »onregtvaardig," inquit, »omdat de Staat *ex plenitudine potestatis*, de Heerlijkheden met deze regten voor duren prijs verkocht en gevrijwaard heeft, en alzoo deze regten een deel van wettig *titulo oneroso* verkregen eigendom uitmaken, waaruit volgt, dat volgens streng regt *van toepassing zouden wezen, de wettelijke bepalingen betrekkelijk koop en verkoop en vrijwaring vastgesteld.*"

At dicat quis: vendidit Respublica quod vendere ei non licebat, quippe juris publici; — respondeo: nihilominus evictionis nomine obligatur venditor, secundum Jus Romanum, D. de



*Act. empti et vend. L. 11 § 2:* »Et imprimis ipsam rem praestare venditorem oportet, id est, tradere. Quae res, siquidem dominus fuit venditor, facit et emtorem dominum: si non fuit, tantum evictionis nomine venditorem obligat; si modo pretium est numeratum, aut eo nomine satisfactum. Emtor autem numeros venditoris facere cogitur;” — et § 3, »Redhibitionem quoque contineri emti iudicio, et Labeo et Sabinus putant et nos probamus.”

Obligatur etiam secundum jus Belgicum 1), cum antiquum tum novissimum. Ita quoque Vir Ampl. VAN LEEUWEN in consensu jam memorato: »En nu heeft in casu de Staat *ter goeder trouw* die regten verkocht, den koopprijs ontvangen; hij heeft eene handeling van het burgerlijk regt aangegaan, waartoe hij zich naderhand, wèl gezien, onbevoegd acht, en die regten terugneemt. Ik mag het lijden, maar zeg dan in even goede trouw: geef dan ook den koopprijs terug.”

Quodsi juris publici ea jura sunt secundum principia politica hodierna, sane non fuerunt olim; — ante A<sup>um</sup> 1795 sine dubio *juris privati* objecta habebantur et erant in commercio. Quam sententiam quoque tuebantur quatuor illi Advocati Reipublicae Batavae, VAN TWIST, SCHEPMAN, VITRINGA et VAN DER SPYK in juris responso d. 25<sup>i</sup> Febr. 1803 exhibito: »Niemand toch zal kunnen, of durven tegenspreken, dat de zoogenaamde Heerlykheden, bevorens beschouwd zijn als objecten, die *in commercio* waren, en ook dadelijk zoodanig zijn geweest, terwijl dezelve verkogt en gekogt, te pand uitgegeven, en aangenomen wierden, en zulks geschiedde in het openbaar, met

1) Cf. GROTIUS, *Inl.* III B. 14 dl. § 6.

medeweeten en concurrentie van den toenmaligen Souverain, zoo dat die, niet alleen daarvan, by zulke gelegenheden, geene geringe voordeelen trok, en bepaalde lasten hefte; maar ook, ten aanzien van veele der gemelde Heerlykheden zelve, de Verkooper is geweest, en den Koopschat daarvoor ontvangen, mitsgaders, ten gemeenen nutte, in 's Lands Schatkist gestort heeft. Niemand zal mitsdien ook met grond kunnen tegengaan. . . .

dat het, *de jure*, vrij algemeen aangenomen, en zeker is, dat iets diergelijks, als is de Jurisdictie, aliënabel en transmissibel zy, en dat de uitöeffening daarvan, door den *Princeps*, aan een ander kan worden overgedaan, waaruit dus notoirlyk volgen moet, dat, wanneer de Eigenaren der Heerlykheden nu toonen, dat de Souverain, *de facto*, de uitöeffening van zulke rechten verkogt heeft, dan ook die Eigendom, in alle opzichten, geoordeeld moet worden, wettig te zyn, terwijl dit althans onbetwistbaar is, dat, indien men, na dat alles, ten algemeenen nutte, volstrekt noodzaaklyk mogt keuren, dat die Eigendommen wederom aan de Eigenaren of de wettige Bezitters, ontnomen worden, zulks evenwel niet anders zoude kunnen geschieden, dan tegen eene behoorlyke schaëvergoeding 1)."

1) Etiam quod attinet ad Toparchias in feudum datas a Principe (*Beleeninghe van Heerlykheden*), ita de iis opinatur STOCKMANS, *Dec. XC*, 1: »Aerario publico laborante ob diutinos bellorum sumptus, quibus sustentandis Provinciarum tributa amplius paria non erant, deventum est primo ad alienationes quasdam temporarias jurisdictionum Regiarum in pagis, *cum spe ac facultate*, ubi paululum reffectae essent publicae res, *eas redimendi* et connectendi denuo sacro patrimonio seu Dominio Principis, quod genus alienandi *engagement* dicimus et *Beleeninghe van Heerlykheden*; sed magna parte spe ista luendi decidit princeps, auctis denique in eum modum Reipublicae necessitatibus ob Gallorum in bellando pertinaciam, ut tan-

Quapropter damni compensationem non denegandam ponimus secundum regulas aequitatis (de jure enim postea agemus), discrepantibus licet Juris publici ac privati principiis.

Ita quoque Vir Nob. VAN REEDE VAN OUDSHOORN bene animadvertit in consessu d. 7<sup>i</sup> Oct. quanta foret iniquitas si nunc abrogarentur ea jura sine compensatione, cum antea aliis dominis satisfactum sit, in Provincia scilicet Brabantia septentrionali, ubi eorundem jurum abrogatio publice ad normam reducta est, compensatione factâ et pecuniâ pro parte saltem ex aerario provinciali erogatâ. Denique istiusmodi agendi modum valde obstare avitae probitati ac bonae fidei.

Quin etiam recte, ut mihi videtur, animadverterat Vir Nob. GEVERS VAN ENDEGEEST, in consessu d. 24<sup>i</sup> Aug, duplicem perpe-

»dem ad conflandum publicum aes, perpetuâ mancipatione distrahere pagorum dominia fuerit necesse.

»Ex fiduciariis mancipationibus plurimae exortae sunt controversiae, ubi saepius quaesitum, ad quod genus negotii revocari debeant contractus illi, quibus, cum facultate recuperandi, dominia seu Toparchiae a Rege privatis conceduntur.

»Quidam speciem antichreseos esse censebant, vel constitutionem usus fructus; alii pro venditione cum pacto de retrovendendo accipiebant.....

».....

»4. Perpensâ negotii qualitate, sine dubitatione dicendum, revera hic subesse venditionem Toparchiae cum pacto de retrovendendo, nequaquam antichresin, quae est species illiciti ac usurarii contractus, quasi scilicet Dominus fiduciarius fructus ex Toparchia velut ex Hypotheca percipiat, vice usurarum ex pecunia quam numeraverat," caet.....

».....

»6. Recte ergo *Toparcha fiduciarius* dicitur ille, cui temporariâ et irrevocabili alienatione Dominium pagi concessum est a Principe, qui interea dum fruitur vere Dominus est, et fructus non uti Creditor, sed jure dominii ex re sua percipit, donec pacto de retrovendendo usus Princeps restituto pretio dominium recipiat."



tratum iri iniquitatem, ita argumentatus: »Volgens Art. 2 van de nieuwe additionele artikelen in het Ontwerp XII, waarover wij beraadslagen, »regelt de Wet de schadevergoeding, toe te »kennen aan hen, die door of ten gevolge van de herziening »der Grondwet betrekkingen verliezen, hun voor hun leven »opgedragen." Dat zijn betrekkingen, *titulo gratuito* aan die personen door den Koning verleend: voor het verlies daarvan kent gij bij de additionele artikelen der Grondwet schadevergoeding toe, door de Wet te regelen; maar voor het verlies van heerlijke regten *titulo oneroso* verkregen, sluit gij alle schadeloosstelling uit: nu wordt gij omtrent de eigenaars der Heerlijke regten dubbel onbillijk." Quibus eodem fere argumento usus assentitur Vir Nob. VAN DE WALL, in consessu d. 2<sup>i</sup> Oct.

Quibus addere licet, quod ad argumentum a silentio, consequentiae causa compensationem etiam addici debuisse, quum dominii sanctitas Lege Fundamentali expressis verbis agnita sit, idque indiscriminatim.

Sed jam satis: — omnium omnia afferre, quae diserte attulerunt multi, supervacaneum videtur. Num enim clariore voce clamandum erit? Num melioribus argumentis res indiget, ut compensationis demonstretur aequitas? Num etiam nominatim indicentur, necesse erit, qui eorum jurum extinctione suorum redituum jacturam fecerint non levem? Non decere videtur: etiamsi agatur de exigua pecunia, non comminuitur tamen ratio aequitatis.

Vocem ergo quisque extollat, cui nocuerit 1<sup>a</sup> alinea Art<sup>t</sup>. 4<sup>i</sup>, et alta voce petat aequae suae postulationis conciliationem 1)!

---

1) Cf. *Oratio Ministri* in consessu d. 7<sup>i</sup> Oct.

Si autem de principio constet:

1°. Quaenam erunt consideranda? vel quaenam in censum venire debent, ad eam compensationem computandam?

2°. Quomodo ordinanda erit ea restitutio?

3°. Si autem in causam descendatur, penes quem erit cognitio?

4°. Quisnam judiciorum ordo?

Ad. 1<sup>um</sup>. Num praeter reditus, qui a recognitionibus, quae dicuntur, procedunt sive profluunt, etiam *affectionis pretium* in censum venire debet? Ex aequo et justo certe deberet, ut mihi videtur, cum vulgo majore pretio emtae sint vel hereditibus cesserint Toparchiae propter ipsa illa jura.

Sed difficile affectionis pretium aestimares: est enim natura sua omnis illa aestimatio lubrica et arbitraria; attamen in alienatione necessaria, quae publicae utilitatis causa fit, si conveniri de pretio affectionis non potest, a Judice hodie definiri solet; nonne similis pretii affectionis definitio sive aestimatio judicialis obtinere posset quod ad ea Jura Toparchica, de quibus sermo?

Verum affectionis pretii compensatio difficilis si videatur, non eadem sane difficultate premitur damni *restitutio*; ut bene quidem animadvertit Vir Nobilissimus D'ABLAING A GIESSENBURG in Opusculo jam memorato: »Immers,» ait, »zal er bezwaarlijk eenige soort van Heerlijk regt kunnen worden gedacht, welke sedert 1814 niet verkocht, of waarvoor geen successie-regt is geëind, en dus niet tegen geldswaarde berekend is geworden.»

Quod autem attinet ad reditus, qui e recognitionibus profluebant, in promptu est remedium: ita D'ABLAING: »terwijl het vergoeden voor recognitiën van 10 pCt. geheven in gevolge

Art. 13 van de Reglementen op het Bestuur ten Platten Lande, voorwaar niet veel hoofdbrekens zal veroorzaken, als men ten minste het Art. 799 van het Burg. Wetb. daarop toepassen wilde.”

Secundum normam, qua gubernatur Provincia Brabantia septentrionalis (Reglement van Bestuur voor het Platte Land 1)), Art. 68<sup>e</sup>, compensatio definita est ad 20 centesimam salarii officialium.

Non igitur adsendendum mihi videtur quatuor illis Advocatis, existimantibus 2): »dat zoodanige vergoeding niet gemakelyk, ja ook, dewyl dezelve niet anders, dan overëenkomstig de gronden van rechtvaardigheid, zoude kunnen geregeld worden, bykans onmogelyk zoude te berekenen zijn.”

Sed jam concedamus difficilem esse justam definitionem et aequam, imo rite illam fieri non posse; nemo tamen erit, qui non consentiat, vitiosam nulli compensationi praefendam esse.

*Ad. 2<sup>um</sup>.* Quomodo ordinanda erit ea restitutio? Cui solutionis incumbet onus? Pendebit quaestio ab eo, cui profuerit exstinctio. — Num reipublicae? dubitari potest. Si autem profuerit, nemini, ut videtur, nisi civibus ipsis sive singulis civitatis corporibus, quae eorum jurum exercitio tanquam onere premebantur, ut perhibebant scilicet. Jura, quae dominis ademta, civibus data sunt: solvant igitur cives. Tale quid etiam statutum est secundum ea, quae diximus, in Provincia Brabantia septentrionali, nimirum ut pagi quotannis solverent

---

1) D. 8 Maii 1819. Cf. etiam Norma d. 23 Julii 1825, Art. 119. VAN HAMELSVELD, *Ned. Pand.* VII Dl. p. 99 sqq.

2) Resp. Juris jam saepius laud.



8 per centum summae, pro administrationis sumtibus pendendae (administratie-kosten), qui sumtus computarentur ad 25 centesimas pro singulis incolis 1).

Solvant tamen et ipsi Officiales (ambtenaren), qui eorum jurum extinctione a solvendis recognitionibus exempti sunt, et ut animadvertit D'ABLAING: »Niets toch zal gemakkelijker vallen, dan dat, ten aanzien der recognitiën, men de tractementen der ambtenaren met het bedrag hunner recognitie verminderen: immers deze behoeven daarmede niet, bij de afschaffing van het regt van derden, te worden gebaat; terwijl hij, die dat verminderde tractement zal uitkeeren, daarvoor b. v. schuldbekentenissen aan de Heeren konde uitgeven, waarvan de renten het bedrag uitmaakten der tot dusverre wettig genoten recognitie.»

*Ad. 3<sup>um</sup>.* Si in causam descendatur, penes quem erit cognitio? Judici ordinario, ut videtur, illa competet; quod etiam a fortiori statuendum, quia Minister temporarius rerum domesticarum in consessu d. 7<sup>i</sup> Oct.: »het geheel aan het oordeel des regters, in ieder bijzonder geval, wil hebben overgelaten te beslissen, of eenige aanspraak op schadevergoeding ter zake van afschaffing kan worden gemaakt.»

*Ad. 4<sup>um</sup>.* Interea Ministro aegre concederem, Judici esse inquirere, aequa ac justa an adsit causa ad compensationem petendam, nec ne; videlicet, si inde inferre velles Toparchis incumbere e titulis probationem, aequam esse et justam petitionem; Judici autem inquisitionem et judicium manere: e titulis enim nihil demonstrandum esse Toparchis, mihi videtur: — cum

1) Cf. Norma d. 23 Julii 1825, Artt. 121 et 123.

enim negari nequeat, jura, de quibus sermo, hucusque facto domini objecta fuisse, praescriptionis regulae omnino applicandae sunt; neque obstat Cod. Civ. Art. 1990: »Men kan door verjaring den eigendom niet verkrijgen van zaken, die buiten den handel zijn;» ea fuisse in commercio, abunde supra probavimus.

Dominis igitur nihil demonstrandum erit, nisi possessio continua, non interrupta, non turbata, nec vi, nec clam, nec precario per 30 annos 1); quod factum demonstrantes, exhibere titulum cogi non debent 2).

Denegare autem iis cum velit Respublica compensationem, si in jus vocetur, ostendat non esse debitam; — de his tandem Judici judicandum erit. Quod demonstrare quidem si posset Respublica, nihilominus secum reputet, quod eleganter observavit in consessu d. 7<sup>i</sup> Oct. Vir Nobil. OP TEN NOORT: »Het *summum jus* zou hier *summa injuria* zijn.»

---

1) *Burg. Wetb. Artt.* 1992 et 2001.

2) *Burg. Wetb. Art.* 2001.





**PARS SECUNDA.**

TABLE SECOND.

## PARS SECUNDA.

### § 1.

#### „Opheffing.”

Statim animadvertat necesse est, qui legerit alineam 2<sup>am</sup>, adhibuisse Legislatorem verbum *opheffen* de juribus, quae spectat illa alinea, cum adhibuerit verbum *afschaffen* de juribus, quae spectat alinea 1<sup>a</sup>. — Quamvis nihil hac de re alatum reperiamus, nec in Administrorum libellis, nec alibi, tamen consulto diversis iis vocabulis usus esse praesumendus est Legislator: etenim docemur, Legis Fundamentalis sermoni particularem impensam esse curam; quod jam animadvertit Clar. THORBECKE 1), his verbis: »De Commissie van 17 Maart onthield zich in de Grondwet van 1815, overal waar de zin vaststond, taalveranderingen voor te stellen: zij wilde tot geen' strijd over woorden aanleiding geven. De Raad van Ministers daarentegen heeft »verbeteringen in stijl en taal” tot een bijzonder onderwerp zijner voordragten gemaakt; en »daartoe de hulp ingeroepen van een' man, die dagelijks medewerkt tot uitbreiding

1) *Bijdrage tot de herziening der Grondwet.*



»van den roem onzer letterkunde.” *Laudabile sane consilium: nam omnino assentior duumviris, de literis patriis egregie meritis, VAN LENNEP et VAN ASSEN 1), dicentibus: »Men vergete niet (de ondervinding leert het genoeg), dat ook zelfs de geringste afwijking van de vereischte duidelijkheid in stijl of uitdrukking tot de grootste ongelegenheden kan aanleiding geven, zoodra partijgeest er zich van bedient, om zijn gevoelens door te drijven 2).”*

Jam vero quod ad subjectum Articulum, synonyma strictissimo sensu non habenda sunt verba *afschaffen* et *opheffen*. Secundum Doctiss. WEILAND et LANDRÉ 3), synonyma quidem sunt verba *afschaffen* et *vernietigen*, prout significant: *doen ophouden te bestaan; »doch gebruikt men,”* sic WEILAND, *»afschaffen* omtrent gewoonten, *vernietigen* ten aanzien der stellige bepalingen van het geschreven regt. — Een misbruik moet afgeschaft, eene slechte wet vernietigd worden 4). — De reden hiervan is, misschien, omdat het *niet meer hebben*, het *niet onderhouden* der gewoonte genoeg is, om hare kracht te doen ophouden, terwijl het *niet uitvoeren* eigenlijk de wet niet krachteloos maakt.”

Quidquid hac de re sit, dubitari sane non potest, vocis *afschaffen* ideam nequaquam respondere vero Juris characteri; —

---

1) *De taal der Grondwet.*

2) Cf. quoque Vir Grav. J. PAN, *Aanmerkingen op de taal en stijl der Ontwerpen van Wet tot herziening der Grondwet*, in Praefatione.

3) *Woordenboek der Nederduitsche Synonymen.*

4) Ipse WEILAND sibi obstare videtur alio loco, (*Nederd. Taalkundig Woordenboek*), dicens ad vocem *afschaffen*: eene wet, een gebruik, eene gewoonte afschaffen.

Jus nascitur; - tenetur 1); - obtinetur 2); - Jus potest deleri, exstingui, amitti 3); belgice recte dicitur: *een regt vernietigen; zijn regt verliezen*; — potest etiam adimi; - eripi 4); belgice recte dicitur: *iemand zijn regt ontnemen*; — recte quoque: jure suo decedere 5); de jure suo decedere s. de jure suo cedere 6); belgice: *van zijn regt afstand doen*. — Sed non facile opinor, locum apud Scriptores invenies, ubi de jure abrogando vel abolendo sermo sit, nisi saltem voce Jure ipsae leges vel edicta significentur, quod saepius obtinet, ut verbi causa apud LIVIUM 7): »quod cuique privatim officiet jus;” et jura dare 8); et apud PLAUTUM 9): legum atque jurium fector, conditor. — Tute ergo colligimus, minus accurate dici in genere: *een regt afschaffen*; et minus accurate ergo dicitur in casu: »de Heerlijke regten betreffende voordragt, etc. zijn afgeschafft;” melius fuisset: »zijn of worden vernietigd.”

Deinde quod attinet ad vocem *opheffen*, ita WEILAND: »Gelijk *liggen* een beeld is voor een besluit, eene verordening, en men van den inhoud daarvan spreekt, zoo als die is *liggende*, heeft *opheffen*, ten aanzien van Wetsbepalingen of Verordeningen, figuurlijk de beteekenis van *intrekken*.”

1) Cf. CICERO, *pro Caecin.* 11.

2) Cf. Id. *pro Quint.* 9, et in *Verr.* I, 26.

3) Cf. Id. in *Caecil.* 18.

4) Cf. Id. *pro Quint.* 28.

5) Cf. LIVIUS, *Historiar.* III, 33 et 46.

6) Cf. CIC. *pro Rosc. Am.* 27 et *de Offic.* I, 18.

7) *Op. cit.* XXXIV, 3.

8) *Ibid.* I, 8.

9) *Epid.* III, 4, 85.

Quodsi vera est habenda haec verbi notio, in casu dicendum fuisset: »de *opheffing der wettelijke bepalingen omtrent de overige Heerlijke regten;*” sed vocem *opheffen* nullam vim ac potestatem habere, congruentem cum intima *juris* natura ejusque extinctione, omnino contendimus. — Fortasse vero in voce *opheffen* sensus sive vis latet *tollendi* aliquid, quod *premat* sive *urget*; quam ob causam suspicetur quis praemeditate usum esse Legislatorem eo verbo, cum ea jura, quae spectat alinea 2<sup>a</sup>, dominis maxime fructuosa, civibus contra habuerit gravia onera; — quibus admissis, jam quaero, an non attulerunt commoda pecuniaria quoque quam maxima jura illa Toparchica, de quibus cavet alinea 1<sup>a</sup>? Quid igitur Legislatorem movit, ut usus voce *opheffing* alinea 2<sup>a</sup>, non eadem voce uteretur alinea 1<sup>a</sup>?

Quam ob rem, opinor, utraque voce revera idem voluit Legislator, usus duabus vocibus diversis, synonymis leviter habitis, quo nimio elegantiae studio bonum sensum prorsus corrumpit; nec unicum hoc est exemplum in hac nostra Lege Fundamentali, teste Clar. THORBECKE, in *Commentario ad Art. 6, Cap. I. Legis Fund.* »Ieder Nederlander is tot elke Landsbediening benoembaar.”



§ II.

„Overige Heerlijke regten.”

Difficillimum sane esset negotium, enumerare, quae diversis in Provinciis nostrae Patriae recte vel minus recte *Jurum Toparchicorum* nomine veniant. Nonnulla e Feudali Regimine, alia e servitute oriunda, vulgo dicuntur *Jura Toparchica*; multa procul dubio Toparchica habentur, quae non nisi ex jure domini originem ducunt, quod de paucis probare lubet: nam de juribus istis omnibus, recte vel perperam *Toparchicis* nuncupatis, quae etiamnunc occurrunt, separatim dicere eorumque investigare ortum ac fata, non fert huius dissertationis complexus. Igitur nonnisi de primariis dicere in animo habeo, et quidem breviter: nam, ut funditus rem tractarem, complura profecto volumina conscriberem, necesse esset; qua ex inquisitione tanquam exemplo discere licet, quomodo de omnibus investigandum esse censeam, priusquam exclametur *ro crucifigatur*.

Certi cuiusdam juris indolem atque priscam naturam indagandam esse et inde dijudicandam, teneo; ita etiam Consult. GANDEHEYDEN 1): »Het is door menig vonnis der voormalige Regtbank van eersten aanleg alhier (’s Hertogenbosch), bekrachtigd door even zoovele Gewijsden van het voormalig Hoog Geregts-hof, geresideerd hebbende te ’s Gravenhage, uitgemaakt, dat, om over de natuur van eenig regt, en over de effecten, welke hetzelfde kan hebben, te oordeelen, niettegenstaande de ver-

1) Pleitrede over het wettig voortdurend bestaan van het Dom. Tiendregt, p. 1 et 2.

schillende staatkundige gebeurtenissen, welke sedert het ontstaan van dat regt hebben plaats gehad, de oorsprong van zulk een regt en de titel, waarop hetzelfde oorspronkelijk berust, alleen moet worden geraadpleegd, zonder dat de verschillende wijzigingen, welke hetzelfde door overgang in andere handen, bij *novatie* zelfs, of hoe anders ook mogt hebben ondergaan, daarin eenige verandering kunnen te weeg brengen 1)."

Quam ob rem cavendum esse etiam, opinor, ne Feudale existimetur certum jus, non aliam ob rationem, quam quod olim fortasse in feudum concessum fuerit, vel sub nexu feudali possessum: est enim bene investigandum, an per et propter feudum unice extiterit, ut concludi recte possit, eiusmodi jus necessarie extinctum esse censendum, Regimine feudali sublato: nam nexus feudalis si fuerit modo res accessoria, ita concludere omnino nequis.

Eadem dicenda, existimo, de juribus istis, in quibus nonnulli vestigia Servitutis sibi deprehendere videntur: diligentissime scilicet investigandum est, an revera originem ducant e Servitute, i. e. an revera Servitus sit existimanda causa movens atque, ut loquuntur, eorum essentia, an vero ex Servitutis periodo, vel etiam *indirecte* e Servitute, verum *directe* e causa (nonnunquam et hodie adhuc) licita manaverint.

Nec minus res ita se habet, quod ad eorum jurum indolem Toparchicam. Ut scilicet recte Toparchica habeantur, non sufficit, ea plerumque vel vulgo quidem Toparchis modo competere; nec quidem sufficit, ea unice fortasse his et reipublicae, nimirum in Domaniis, competere, dummodo eorum character

---

1) Exempla afferantur a GANDERHEYDEN, *Op. laud.* cit. loc.

non obstat, quominus possideantur quoque a privatis, i. e. non Toparchis. Hoc tantum constat, originem illa ducere e Regia Jurisdictione, Toparchis olim pro majore vel minore parte delegata, quae sola Toparchiam constituebat. Talia autem proferuntur ab eo, qui affirmat.

Quod principium, quamvis saepius jam in prima hujus dissertationis parte indicaverim, expressis verbis hic repetere non inutile duxi, cum sit defensionis fundamentum jurum illorum omnium, quae minus recte Toparchica habentur.

Nimirum confundi vulgo solent, me iudice, fundi concessionem *in feudum* et *fundi dominii utilis* concessionem, retento directo dominio, quibus addi potest fundorum pleni dominii titulo concessio sive alienatio sub conditione certi cuiusdam redditus vel census solutionis, quod alienationis genus dicitur a GROTIO Oud-eygen.

Bene enim teneatur necesse est, quamvis in feudum datione utile quidem dominium concedi soleret, retineri autem directum, hoc tamen simpliciter feudum non constitui, quod vulgo omnino negligi solet.

Jam vero apud nos cum principium: *nulle terre sans Seigneur* non valuerit, contra vero valeret *nul Seigneur sans titre*, eam quidem ob causam apud nos dominium feudale nunquam praesumebatur, sed integre probari debebat, si ita contenderetur.

Ergo, et haec mea conclusio, certum jus, quamvis luce clarius ex retento directo dominio oriundum, ideo simpliciter feudale, vel ex Feudali Regimine oriundum, minime gentium habendum est; verum aliunde probandum. Aliud dicendum sine dubio, si certum jus probari possit ex feudo unice pro-



priis oriundam. Universe vero integra sine probatione nec feudalia, nec ex feudo oriunda accipienda sunt jura, redditus, census vel praestationes, quippe agnitiones retenti a pristino domino domini directi, fundos sibi proprios quondam cum alienaret; in quorum numero reputari possunt, e. g. quae vocantur Lods et Ventes, Quint et Requint, Pontpenningen, XIII<sup>e</sup> Penning, Jus Retractus aliaque innumera, quae maximam partem orta sunt, maxime Saeculis XIII<sup>o</sup> et XIV<sup>o</sup>, tempore scilicet, quo datae sunt Chartae Libertatesque cum oppidis tum ruri, — tempore, quo fundi concessi sunt manumissis colonisque; — tempore denique magnarum villarum in minutas partes disscissarum: manumissis enim colonisque vendere istos fundos domini nec volebant, nec quidem poterant: nam illis pecunia non erat; nunc demum enim in eo erant, ut proprium aliquando commodum sibi acquirerent, quod antea non nisi Dominis comparaverant; — qui Domini, si nostro saeculo vixissent, nostro more sine dubio suos locassent fundos; eo vero tempore, quo vivebant, in desuetudinem abeunte Servitute, mos erat et unicus fere modus iste fructus percipiendi ex agrorum possessione, nec non istum modum iis suggerebat Feudale Regimen. Ut paucis absolvam: aut fundos concedere solebant utilis titulo domini, retento directo, retentisque juribus aliisque nonnullis; quam vero ob rationem in feudum concessisse haberi non possunt; quod et secundum Juris Publici tum vigentis principia ab eorum arbitrio ne pendeat quidem; aut fundos concedere solebant titulo emphyteuticario; nec tamen eam ob causam in feudum concedebant; — aut alienare solebant fundorum plenum quidem dominium, census vero aliasque praestationes retinebant; sed ne hanc quidem ob

rationem feudi concessio constituebatur; quae satis probantur Scriptorum testimoniis.

Etiam ut de certi juris natura judicetur, ex mea sententia argumentandum non est ex Toparchiae natura vel alodiali vel feudali, i. e. utrum Toparchia a domino olim possessa sit alodii instar, an vero sub nexu feudali, ut ex eo scilicet concludatur, certa jura, redditus, praestationes cum reales tum personales necessarie esse *vel* alodialia *vel* feudalia; cum nihil referat, nec ullius duci possit momenti, quod ad vinculum Toparchiae incolas inter et Dominum, an ipse Dominus feudali nexu ligatus fuerit vel Principi, vel Comiti, vel Episcopo, vel cuilibet, nec ne.

Quae cum ita sint, etsi non raro etiam confunduntur Jus Toparchicum et jura ex eo oriunda, redditus praestationesque *et* cum feudali jure, *et* cum jure fundi domini, quaeque ex his originem ducunt, tamen, ut mihi videtur, nec difficilis erit distinctio in casu, nec incerta.

Confusio in Franco-Gallia praesertim locum habere solet, quod facile deducas ex iis, quae de redivo Toparchico (*Rente Seigneuriale*) habet MERLIN 1): »Il faut que celui qui prétend qu'une Rente est Seigneuriale, *jus dominicale*, établisse, ou du moins qu'on puisse présumer que par l'aliénation même de l'héritage, il s'en est réservé le domaine direct, *dominium directum*; et telle est, dit l'oracle (DUMOULIN) de cette matière, la loi dans tous les pays, la règle de tous les tribunaux: *et ita generaliter accipitur et usitatur in hoc regno.*» De his autem suo loco.

---

1) Répertoire, in voce.

Verum an jura Toparchica solummodo proprie ita dicta spectavit Legislatoꝝ a lineâ 2<sup>a</sup>; an vero etiam quae, quamvis nullo jure, eo nomine veniunt? — Haec quoque spectavisse suspiceris ex eo, quod, religiose re investigatâ, paucissima profecto invenias, quae recte Toparchica haberi possint 1).

At vero si aliquando lis existat, an observanda sit Judici ea Legislatoris mens, alia quaestio. — Non opinor; — extinctis jurebus Toparchicis vel eorum redemptione ordinata a Legislatore, vi et auctoritate huius articuli, in quavis causa singulari investigandum erit Judici ordinario, an revera Toparchicum sit certum jus, et an recte extinctionis vel redemptionis terminis contineatur. Hic enim, cum de violando privato dominio sermo sit, verba Legis arctissimo quidem sensu sumenda esse, existimo, cui omnino favere sententiae videntur caetera verba, de interpretatione dicentis 2): »In favorabilioribus, si is, qui loquitur, jus intelligat,» (quod intelligere Legislator omnino sane existimandus est) »aut peritorum juris consilio utatur, verba laxius sumenda, ut etiam inclu-

1) Num forte hoc bene perspectum habens, Minister in consessu 7<sup>o</sup> Oct. eam ob causam dixit, quae sequuntur? »Het verhoegt mij dit te kunnen zeggen — het is het onschuldigste Artikel der Wet, en hetgeen hier te lezen staat, is het onschadelijkste, dat »met betrekking tot dit onderwerp kan worden geschreven. Men moet òf het Artikel »onjuist hebben begrepen, òf zich door spoken, die men zich voor den geest bragt, »hebben laten verschrikken en daardoor verhinderd zijn geworden, de waarheid »te zien.» — Quod ad 2<sup>am</sup> alineam sane attinet, facillime quidem huic Ministri sententiae assentior, et larvas eas, de quibus facete Minister, quae multos impediunt, quominus vera videant, puta, paucissima existere jura, quae jure impugnari possint ex nostri Arti. alin. 2<sup>a</sup>, fugare omnino conabor. Caeterum de huius Articuli indole innocentissima, postea, ni fallor, ubi ad rem deventum erit, ab Administrato dissident cum multi Toparchae, tum Fiscus.

2) *De Jure Belli et Pacis*, Lib. II, Cap. XVI, § 12, Sect. 2.



dant significationem artis, aut quam lex dedit. . . . .  
Ex contrario verba etiam *strictius, quam fert proprietas, sumenda erunt, si id necessarium erit ad vitandam iniquitatem vel absurditatem: at si non talis est necessitas, sed manifesta aequitas vel utilitas in restrictione, subsistendum erit intra arcissimos terminos proprietatis.*”

Breviter dicere in animo fere habeo: de Jure Patronatus; - de Censu; --de Decimis; - de Fundo s. agro communi; - de Viis et Aquarum decursu; - de Molendina bannali et de Jure Venti; - de Jure Nundinarum; - de Jure Retractus; - de Jure Venationis ac Piscationis; - de Corveis sive Angariis; - tandem quaedam, etiamsi non amplius defendi possit, de Jure Curtis.

§ III.

**DE JURE PATRONATUS.**

Jus Patronatus non *Toparchicum* esse habendum jam suadebit ipsa ratio, quum ostendero, id nihil commune habere cum Jurisdictionis delegatione, sive cum Toparchiae essentia; — deinde Jus Patronatus jam per saecula notum fuisse, antequam adessent ipsae Toparchiae; — denique revera et unice originem ducere ex jure domini.

*Jus Patronatus* saeculari cuidam personae competit, quae aedem sacram quandam exstruxerit et bonis donaverit, ad sustentandas impensas cultui publico necessarias: jus est, quod, mortuo possessore primitivo, heredibus vel emtione venditione extraneis traditur cum fundis, quibus est affixum, affixumque manet.

Consistit in plena liberaque potestate eligendi *pastorem* pro tali aede sacra, et gubernationi Ecclesiasticae vel Synodo proponendi sive praesentandi, ut examinetur; et examinatus, ut *instituitur* ac *ordinetur*, et ei designentur annui reditus, profluentes e bonis, a fundatore donatis, quod *investitura* olim dicebatur 1).

Quamvis nomen *Juris Patronatus* non ante Saeculum IX in usu fuerit, facto tamen jam diu ante invenitur. Antiquissimis jam temporibus Ecclesiarum fundatoribus competitivisse affirmat BAUMGARTEN 2), saeculum autem non indicat; jam ante CONSTAN-

1) Cf. ГРЕЙ, *Geschiedenis van het Patronaat-regt*, Inleid. pag. 8.

2) *Primae Lineae breviarii antiq. Christian.* p. 74 ed. SEMLER.

TINUM viguisse opinatur et probare conatur ΥΡΕΥ 1). Saeculo autem V<sup>o</sup> universe viguisse, satis constat. — Ex favore ac benignitate seu benevolentia Episcopali originem duxisse Jus Patronatus, opinatur SAMUEL STRYK 2). Ejusdem sententiae sunt FRANCISCUS DE ROYE et BENEDICTUS CARPZOVIVS 3), nec non BOEHMER et MOSHEIM 4). Verum ΥΡΕΥ omnem favorem Episcopalem negat, probans, Jus Patronatus originem non ducere e foundationibus Ecclesiarum publicarum, verum unice e foundationibus dotationibusque Ecclesiarum propriarum ac privatarum, et eam ob causam pleno sensu oriundum *ex Jure domini* 5).

Assentiendum esse clarissimo ΥΡΕΥ, existimo. Ecclesiae eiusmodi propriae ac privatae innumerae aderant: »Après que Clovis,” ita RAEPSAET 6), »eut embrassé la religion Catholique, les propriétaires les plus riches qui l’avaient embrassée avec lui, ou qui l’embrassèrent successivement, firent bâtir des chapelles dans leurs Villes pour leur service domestique, et y établirent un prêtre amovible à volonté et stipendié au gré du propriétaire.” Ad quas Ecclesias exstruendas in fundis propriis laïci quoque incitati sunt a CAROLO MAGNO in *Capitulari* A<sup>i</sup> 814, Art. 3 7): »Quicumque voluerit in sua proprietate ec-

1) Cf. *Op. laud.* pag. 120 sqq.

2) STRYKII, *Notae ad Brunnemanni Jus Eccles.* Lib. II, Cap. 8, § 1.

3) DE ROYE, *de Jure Patronatus*, in proleg. C. III, — CARPZOVIVS, *Jurisprud. Eccles.* Lib. I, Tit. II, d. 13 N<sup>o</sup>. 8.

4) BOEHMER, *Jus Parochiale*, pag. 99, — MOSHEIM, *Algemeen Kerkenregt der Prot.* I, bl. 332 sq.

5) Cf. etiam PHILIPPUS DE LEYDEN, *Tractatus Jurid. Polit. De cura Reipubl.* Casus XLIII.

6) *Défense de Charles Martel, Oeuvr. Compl.* Tom. I, pag. 309.

7) *Capitul.* Tom. I, col. 416.



clesiam aedificare, una cum consensu et voluntate episcopi, in cuius parochiâ fuerit, licentiam habeat.”

Allata homilia quadam Saeculi IV exeuntis 1), ΥΡΕΥ docet, eloquentissimum Patrem Ecclesiae CHRYSOSTOMUM impulsisse divites laicos ad fundandas ecclesias privatas et ad pastores in iis instituendos, et ad curandum, ut haberent, quo viverent.

Eam igitur ad sustentationem vitae, paullatim *Decimae*, quae dicuntur *Ecclesiasticae*, a Dominis constitutae sunt, quae solvebantur e fundis a possessoribus vel usufructuariis, qui tali Ecclesiâ privatâ fruebantur. Postea saepe eae decimae, vel alius generis sustentationis modi, a dominis non raro retineri solebant, ita ut pastores miserrima conditione vitam agerent. Quod confirmat inter alia multa *Capitulare A<sup>i</sup> 828, Art. 1:* »de decimis, quae ad capellas indominicatas (Ecclesias patrimoniales) dantur et hominibus qui eas habent, *in suos usus convertunt 2).*”

Praeter publicas Ecclesias exstructas, privatae quoque Ecclesiae sive Capellae mox honorem Ecclesiarum paroecialium (Parochie-Kerken) adeptae sunt, *salvo Jure Patronatus*; hac autem mutatione Ecclesiarum privatarum in publicas sine dubio mutatio quaedam nata est, quod ad Jus domini.

Jus Patronatus igitur penes Dominos manebat: sine ulla enim controversia hereditarium jus erat, qua de re JUSTINIANUS non ambigue in Novella CXXII Cap. 18, de aedificatoribus Ecclesiarum: »Si quis oratorii domum fabricaverit et voluerit in ea Clericos ordinare aut ipse, aut eius haeredes,” caet.

---

1) *Homilia XVIII in Act. Apost.* citante ΥΡΕΥ.

2) *Capitul.* Tom. I, col. 658; cf. ΥΡΕΥ, *Op. laud.* pag. 195; qua de re quoque cf. RAEPSAET, *Défense de Charles Martel*, passim.

Quod ad ipsum nomen *Patronatus*, consuli potest *ΥΡΕΥ*, pag. 233 *sqq.*: a meo enim proposito alienum.

Erat autem Jus Patronatus indissolubile fundo affixum, nec separatim vendi vel alienari licebat.

Clericorum vitae sustentatio Patronis incumberebat: sustentabantur, maxime Saeculo VI<sup>o</sup>, quo plurimae mutatae sunt Ecclesiae privatae in Ecclesias publicas sive paroeciales, e bonis, quae ipsis Ecclesiis a fundatoribus erant donata, et *Decimis* omnium fundorum, quorum possessores ea Ecclesia fruebantur.

Est igitur Jus eligendorum et praesentandorum clericorum antiquissimum; jam natum est eo tempore, quo domini ac fundi possessores privatas aedificare capellas in villis inceperant.

Mox autem eo jure valde abutebantur domini, nec eligere ac praesentare solum, sed instituere quoque, ordinare et investire Sacerdotes conati sunt, quod Episcopis unice competebat. Qui abusus vehementer impugnatus est a SIMPLICIO, Episcopo in Occidente, in Oriente vero a JUSTINIANO Imperatore.

Minime ex favore Episcopali, nonnulli ut putant et defendunt, sed ex Jure domini originem ducit Jus Patronatus; nec igitur spirituale sive ecclesiasticum, verum temporale sive saeculare jus erat ab origine, idem quod manebat, capellis privatis mutatis in publicas ecclesias.

Jus Patronatus se extendebat non solum ad pastores et diaconos, sed ad clericos quoque minores, subdiaconos scil., praefectores et akolythos (kaarsendragers) ceterosque alios nominandos. De quibus omnibus consuli licet *ΥΡΕΥ*, *Op. laud.*

Cum feudis in usum etiam venit *Feudale* quoddam Jus Patronatus, quo non solum praesentandi jus, sed etiam instituendi ac investiendi feudatario permittebatur; abusus ille (recte enim abusus habebatur: institutio quippe et investitura cum primariae tantum Ecclesiae competere) fortiter impugnabatur a GREGORIO VII<sup>o</sup>, A<sup>o</sup> 1075. Hic autem feudale id ipsum Jus non exstinguere studebat, verum circumscribere eodemque modo exerceri, ac Jus Patronatus illud primitivum, liberum ac privatum cupiebat.

Feudale Jus Patronatus spurium ac illegitimum existimat YPEY, originem cum ducat nec ex fundatis donatisque Ecclesiis, nec ex domini Jure possessorum fundorum alodialium, quibus in fundis exstructae erant tales Ecclesiae, verum unice ac pure ex Jure Feudali, quam ob rem igitur longe alius naturae ac characteris. — Vasallus sive feudatarius scilicet, ita explicat ipse YPEY 1), cui praesentandi jus competebat, suae Ecclesiae beneficium in feudum dabat cuidam clerico, a se electo, unde in nostra patria *Geestelijk leen*, in Germania *Pfarrlehn* vocabatur 2). Vasallus ergo feudi Dominus sive Patronus fiebat respectu beneficiarii clerici, ut Vasalli.

De caeteris privilegiis feudalibus dominis irrogatis consultatur YPEY, pag. 363 op. cit.

Invidia ducti Dynastiarum ac Toparchiarum alodialium domini mox similia sibi comparare ausi sunt, in detrimentum Ecclesiae et Ecclesiasticorum: clericos electos Episcopo praesentare recusabant, et propria auctoritate instituere ac ordinare

1) *Op. laud.* pag. 354.

2) Ab HELLEBACH, *Wörterbuch des Lehnrechts*, pag. 24, vocatur *Patronaat-leen*.



tentabant, aliisque multis modis Jure Patronatus abutebantur, nec non corruptionem, quae dicitur *Simonia*, actitabant; quae patent ex multis Conciliorum querelis et praeceptis 1).

Conciliorum autem Ordinationes illae initio non magni erant effectus; verum Saeculo XI<sup>o</sup>, maxime ardescente lite, anxii, ne istiusmodi Jus Patronatus amitterent, domini liberam renunciationem praeferebant coactae fortasse cessioni; — ab eo quidem Saeculo maxime derivantur translationes Ecclesiarum jure feudali possessarum in Canonicorum collegia, maxime etiam in monasteria, ut monachorum saltem precibus remunerarentur 2).

Nostra in Patria innumerae tales translationes Ecclesiarum ac beneficiorum obtinebant; sola Egmondana Abbatia Jure nominandi sive Patronatus donata est 24 Ecclesiarum Paroecialium, Capellarumque 45 3).

Saeculo XI<sup>o</sup> et XII<sup>o</sup> etiam separatim a fundo, cui affixum fuerat, ut decet, Jus Patronatus monasteriis translatum est; qua de re exempla afferuntur ab ΥΡΕΥ 4).

Et sic magis magisque evanuit feudale Jus Patronatus Saeculo XII<sup>o</sup>.

Diversis temporibus conatus diversi ad recuperandum illud

---

1) Cf. ΥΡΕΥ, *Op. laud.* p. 367 sqq.

2) Qua de re ita ΥΡΕΥ: »Vele, zeer vele leenmannen of onderleenheeren van »kerken gaven met eene godsdienstig milde hand dezelve, en al de inkomsten uit »de landeryen met de tienden en alles wat aan de beneficiën der daarin dienende »Geestelijken behoorde; dus ook het regt om Geestelijken te verkiezen voor die »kerken, over aan de Kapittel- en Klooster-gestichten.»

3) Cf. ΥΡΕΥ, *Op. laud.* p. 379.

4) *Op. laud.* p. 387.

male cedebant; exemplum ex Saeculo XV<sup>o</sup> exeunte allatum est ab YPEY 1).

Collationis nomen respectu Juris Patronatus Saeculo XII<sup>o</sup> magis magisque in usum venisse apparet; verosimiliter e Jure Feudali originem ducit; quamvis postea etiam eo nomine vocatum sit primitivum ac verum Jus Patronatus, et ipsi Patroni *Collatores* vocati sint; qua de re explicite YPEY 2).

A Concilio Tridentino, Saeculo XVI<sup>o</sup>, quo Ecclesiae Catholicae multi abusus impugnabantur, Jus Patronatus servatum est ac probatum: hoc enim Concilio vis primitiva ei restituta est 3): »Sicut legitima patronatum jura tollere, piasque fidelium voluntates in eorum institutione violare aequum non est; sic etiam, ut hoc colore beneficia Ecclesiastica in servitutem, quod a multis impudenter fit, redigantur, non est permittendum. Ut igitur debita in omnibus ratio observetur, decernit Sancta Synodus, ut titulus Juris Patronatus sit ex fundatione vel dotatione; qui ex authentico documento et aliis jure requisitis ostendatur; sive etiam ex multiplicatis praesentationibus per antiquissimum temporis cursum, qui hominum memoriam excedat, aliasve secundum juris dispositionem, caet.

Magni sane momenti in Jus Patronatus fuit Reformatio, et acriter initio in id invehi solebat: anteibat CALVINUS, acrius quoque BEZA 4): »Quid! Collationis sive ordinariae sive devo-

1) *Op. laud.* p. 409.

2) *Ibid.* pag. 438 sq. et 443.

3) Concil. Trident. Sess. XXV, Cap. IX in *Coll. Concil.* ab HARDEINO, Ed. X, p. 183.

4) BEZA, *de notis Ecclesiae Catholicae*, pag. 26; cf. etiam liber, cui titulus: *Alare Damascenum seu Ecclesiae Anglicanae Politia, illustrata et examinata studio et*

lutae, quas vocant, et resignationis jura, ubi tandem nisi in Satanae coquina sunt excogitata, intrita, percolata, ac tandem omnibus summis et infimis dementandis popinata?"

Post Reformationem jamjam evanuit Jus Patronatus in Provincia Zeelandia, verum primarias partes in Verbi Divini praecorum electione retinebant Ambactiarum domini, propter magnam eorum vim in submissos incolas.

In Hollandia autem, maxime vero in Provincia Ultrajectina, longe alia evasit Juris Patronatus indoles, in totum ex articulis cum sit direptum. ZWINGLI enim discipuli antiqui Juris Patronatus aliquid manere sinebant; CALVINI vero sectatores plane extinctum cupiebant.

Synodo Dordracena clausa, cum superessent adhuc nonnulla membris Batavis tractanda, imprimis Jus Patronatus in censum venit, A. 1619. Rogatio haec erat: »of niet dat regt te eenen- »male uit de nederlandsche hervormde kerk zoude kunnen ge- »weerd worden, of indien niet, ten minste zoo gewijzigd kunnen »worden, dat de Kerk er geene schade door kwam te lijden?" Sic YPEY affirmat: »Waren er bij de nahandelingen der Synode, geene Kommissarissen van Staat geweest, het Patronaatregt zoude, hier te lande, na een bestaan van ten minste acht eeuwen, den 13<sup>en</sup> van bloeimaand des jaars 1619, waarop dit voorstel geschiedde, den laatsten dag beleefd hebben. Tot de kleinste

---

*opera* D. CALDERWOOD, p. 5: »Praesentationes et Collationes ordinarias, earum- »que devolutiones probare non possumus; revolutiones potius; i. e. Ecclesiae jus »suum reddi postulamus. Totam enim praesentationem pleni Juris Patronatus, »Collationum, resignationum et aliorum huiusmodi scelerum nundinationem a Sa- »tana profectam esse, venerabilis Beza affirmare non dubitat," caet. — Cf. etiam YPEY, *Op. laud.* pag. 509, sqq.



vezels van zijnen wortel zoude die grijze eik in eens zijn uitgeroeid geworden. Dit, ja, was het doel der Kerkelijken. Maar de Staatskommissarissen verklaarden allen uit éenen mond, dat het niet vrij stond aan zulk eene uitroeiing zelfs te denken, naardien men iemand een regt, hetwelk hij wettig bezat, niet, zonder misdaad te plegen, ontvreemden kon. De Heeren Staten zouden nimmer gedoogen, dat zulks door eenen kerkelijken hamerslag van beslissing geschiedde. . . . .

Om deze gewigtige redenen oordeelde men het derhalve beter, dat de Synode het tweede lid des voorstels in overweging nam; beter, namelijk dat zy middelen beraamde, om de misbruiken, *indien er eenige plaats hadden*, weg te nemen, opdat de kerk er geene schade door leed."

Ergo servatum est Jus Patronatus. Remedia ad abusum tollendos erant haec:

- I. Ne ulli Juris Patronatus exercitium permetteretur nisi Ordinibus Generalibus integre quis demonstrasset legitimam possessionem, ne praeter necessitatem gravaretur Ecclesia.
- II. Ne aliud jus permetteretur Patronis, nisi personae *praesentandae* idoneae, cum aliud jus iis non competitisset ex jure Pontificio.
- III. Ut Patroni Ecclesiarum ministros decenter sustentarent, sive vitae sustentationem curarent, qua more solito fruebantur; nec paciscerentur directe vel indirecte de annuo stipendio, quasi locarent, nec umquam istos praesentarent, qui minore stipendio contenti esse vellent.
- IV. Ut praesentatio locum haberet intra duos vel tres potissimum menses, vacante sede.

- V. Ut praesentarent Patroni tales personas, quae nec ob doctrinam heterodoxam, nec ob vitam, i. e. malos mores, in suspicionem venissent, et tali ingenii facultate praeditos, ut Ecclesiae essent ornamento et auxilio.
- VI. Ne posset obtrudi Verbi divini interpret; quam ob rem Ecclesiae competeret plenum jus repellendi personam oblatam.
- VII. Ut a Patrono oblatus, ab Ecclesia acceptus candidatus, vulgo *proponens*, examinaretur a Classe, et tandem ordinaretur.
- VIII. Ut, litibus vel controversiis ortis de praesentatione Patronos inter et Ecclesias, de iis Classis cognosceret sive Synodus Provincialis.
- XI. Postremo, ne Patronis liceret ordinatum Verbi divini ministrum dimittere propria auctoritate, invita Classe vel Synodo.

Hoc legis specimen a Synodo probatum, et ab Ordinibus Generalibus commendatum Provinciis, a Zeelandia et Frisia rejectum est, quae cupiebant, quod ad Ecclesiam, suo jure vivere: nam Jus Patronatus in iis Provinciis jam longe in desuetudinem abierat; a ceteris vero Provinciis acceptum est, ubi ergo deinde Jus Patronatus integre restitutum est et valuit.

Recte Clarissimo  $\Upsilon\text{PEY}$  mirum videtur, non oppugnasse politicos Articulum VIII: Jus enim Patronatus cum sit jus saeculare, nihil aequius videbatur, quam ut de eo cognosceret Judex Ordinarius. Opinatur  $\Upsilon\text{PEY}$ , Ordines illud sibi persuaderi passos fuisse, cum bene intelligerent in sua semper futurum esse potestate, litibus majoris momenti finem imponere, si ad-

versarius a Synodo oppressus eos adiret; quod saepissime necesse fuisse, ac revera locum habuisse, eventus docuit 1).

Non ubicunque Jus Patronatus eodem fruebatur ambitu; in Hollandia Septentrionali, verbi gratia, vulgo non nisi *Jus approbationis* ac *improbationis* valebat; saepe etiam quod obtinebat in caeterarum Provinciarum Toparchiis nonnullis, in quibus tamen Regionibus Patronatus Jus plenum valere solebat; de huius Juris autem vario ambitu consulatur ΥΡΕΥ 2).

Numquam sane destiterunt a saeviendo in Jus Patronatus; inter alios VOET hoc jus acriter perstrinxit in notissimo opere: *Polit. Eccles. Part. II, Lib. III, Tract. II, Cap. 1*, pag. 589; acerrimus cum esset CALVINI sectator, nullum potuit pati contactum rerum temporalium cum rebus Ecclesiasticis.

Melius de Jure Patronatus sentiebant MARESIUS 3), BURMAN 4), VITRINGA 5), HILSON 6) aliique.

Mox Catholicis Juris Patronatus exercitium maximam partem interdictum est; ipsum jus quidem non auferebatur, eius vero exercitium suspendebatur, nisi emtione venditione transferre illud mallent Catholici.

Quoad autem dormiret, pro possessoribus exercebatur ab Ordinibus (Gedeputeerden) 7).

1) Cf. ΥΡΕΥ, *Op. laud.* p. 537.

2) *Op. laud.* pag. 538.

3) *Foederatum Belgium orthodoxum sive confessionis ecclesiarum Belgicarum exegesis*, pag. 455 et 456.

4) *Synopsis Theol.* II, pag. 483, Ed. 2.

5) *Doctrina Christ. relig.* Ed. 5, pag. 341, §. 37.

6) *De Gubernat. Eccles.* Cap. XV, pag. 440.

7) Cf. ΥΡΕΥ, *Op. laud.* pag. 563, sqq.



Peculiare semper viginisse videtur Jus Patronatus in Frisia, ex primitivo, de quo supra diximus, Jure Patronatus liberorum fundi dominorum originem ducens; — de eo, hic et illic etiam in Provinciis Drenthina et Transisalanica occurrente, de abusu in vendendo, separato a fundo, cui affixum manere conveniret, aliisque abusibus consuli potest ΤΡΕΥ 1). De quo autem Clarissimus H. J. ROYAARDS 2), his verbis: »Eene geheel eigene wijze van verkiezing heeft in Vriesland plaats door de *Floreenpligtigen*. Immers van vroegen oorsprong is het regt, dat aldaar bestaat, waardoor de verkiezing of benoeming van Predikanten bij de Hervormde Gemeenten in Vriesland veelal toekomt aan de stemgerechtigde Hervormde Land- en Goedbezitters, van welke de fondsen herkomstig zijn, waaruit het onderhoud der Kerkelijken voortvloeyde, of dat der Kerken en Pastorijen.»

Lege Imperii A<sup>i</sup> 1798 multis cum aliis juribus, recte vel perperam *Toparchicis* dictis, etiam Jus Patronatus a nonnullis extinctum existimatum est; pro parte quidem est restitutum jam A<sup>o</sup> 1806 3); A<sup>o</sup> vero 1814 plane restitutum, Art<sup>o</sup> scil. 5<sup>o</sup> Decreti d. 26<sup>i</sup> Martii, N<sup>o</sup>. 20: *houdende provisionele bepalingen wegens de toekomstige uitoefening der voormalige Heerlijke regten*. Sic enim habet Art. 5: »Het regt van Collatie of beroeping van Predikanten, blijft onbepaald aan de voormalige eigenaren van hetzelfde toegekend, dáár waar de Predikanten uit de kerkelijke fondsen, zonder subsidie van de Lands Kasse, kunnen bezoldigd worden; terwijl in de Gemeenten, waar voor-

1) *Op. laud.* pag. 580, sqq.

2) *Hedendaagsch Kerkregt bij de Hervormden in Nederland*, II pag. 46.

3) Cf. ROYAARDS, *Op. laud.* II, pag. 43.

schrevene subsidiën plaats hebben, door de Gemeenten of Kerkenraden, een dubbeltal geformeerd, en de electie door den voormaligen gerechtigde zal gedaan worden; blijvende eindelijk daar, waar aan de voormalige Heeren alleen het regt van medestemmen in de benoeming der Predikanten, of het regt van approbatie of aggreatie competeerde, al hetzelfde in den vorm, zoo als zulks te voren heeft plaats gehad; — alles echter onverminderd Onze finale approbatie, of zoodanige nadere bepalingen, als door Ons, bij de organisatie van den Openbaren Eeredienst zouden mogen gemaakt worden.”

Praevium illud Decretum 14<sup>i</sup> Martii vim et efficacitatem accepit d. 1<sup>o</sup>. Novembris eiusdem anni, promulgato Decreto d. 28<sup>i</sup> Septembris, N<sup>o</sup>. 4 1): *houdende bepalingen omtrent de uitoefening van het regt van Collatie of beroeping van Predikanten, voorkomende bij het 5<sup>o</sup> Art. van het Besluit van den 26<sup>en</sup> Maart 1814, N<sup>o</sup>. 20 2).*

Ab ipso Rege nomine Civitatis, secundum hoc Decretum d. 28<sup>i</sup> Septembris, Jus Patronatus exercebatur in locis, quae Republicae erant (tot de Domeinen van den Staat behoorende): habet enim Art. 4: »Dat in plaatsen, tot de Domeinen van den Staat behoorende, en in alle andere, waar het regt van Collatie bevorens is uitgeoefend, of door den Souverein, of door de voormalige Heeren dier plaatsen, welke na de vereeniging dier Heerlijkheden met de Lands Domeinen door het Gouvernement in derzelver regten moeten geacht worden te zijn opgevolgd, het regt van Collatie door Ons zal worden uitgeoefend.”

1) Staatsblad, N<sup>o</sup>. 102.

2) Staatsblad, N<sup>o</sup>. 46.

Interea damnum attulerat nonnullis Patronis huius Decreti Art. 2: » . . . . . terwijl in de Gemeenten, waar voorschrevene subsidiën (van den Lande) plaats hebben, door de Gemeenten of Kerkenraden een dubbeltal geforineerd en de electie door den voormaligen geregtigde zal gedaan worden.”

Supplicabant multi Collatores huius generis, ut pleno jure sibi frui liceret, quo olim fructi essent, et quod recte iis competeret. Quibus petitionibus subvenit Decretum d. 1<sup>o</sup> Februarii A<sup>i</sup> 1815, N<sup>o</sup>. 15, Staatsblad N<sup>o</sup>. 10: houdende alteratie van het 2<sup>o</sup> Art. van het Besluit van den 28 September 1814, N<sup>o</sup>. 4: »dat de Eigenaars der Heerlykheden en andere wettige Collatoren, welke tot den jare 1795 het volstreckte Collatie-regt tot begeving van Predikants-plaatsen hebben gehad, datzelfde regt ook voortaan zullen uitoefenen, zonder voorsafgaande nominatie van den Kerkenraad of de Gemeente, en zulks zonder onderscheid, of op zoodanige plaats het tractement geheel profluëert uit plaatselijk Kerkelijke goederen, of dat hetzelfde gedeeltelijk of geheel uit 's Lands Kas wordt betaald.”

Ita hodie adhuc viget Jus Patronatus in nostra Patria, cui minime obstat alinea 1<sup>a</sup> Art. 4<sup>i</sup> Novae Legis Fundamentalis 1).

Quaestio vero est, an illud respiciat alinea 2<sup>a</sup> Art. 4<sup>i</sup>? Omnino credo. Num vero ex alinea 2<sup>a</sup> recte impugnari potest? Minime vero! — Omnium enim Jurum, Toparchica quae dicuntur, Jus Patronatus sane minime Toparchicum dicendum est: est enim pura sequela Juris domini, ut vidimus: nam Jus Patronatus feudale jam evanuit Saeculo XII<sup>o</sup>.

---

1) Cf. *Memorie van toelichting* van 20 Junij.



Non necesse est, ut exerceatur unice a Toparchiarum Dominis qua talibus; etiam a privatis, non-Toparchis exerceri potest; quos spectant verba in Decreto jam laudato d. 1<sup>i</sup> Februarii A<sup>i</sup>. 1815: »dat de Eigenaars van Heerlijkheden en andere wettige collatoren,» caet.

Legatur quoque LOYSEAU, legatur et RAEPSAET, legantur et alii multi, et facile intelligitur, Jus Patronatus et in Gallia non raro competitivisse aliis, quam Toparchis, quo casu hi alii Toparchas praecedebant in aede sacra.

In Provincia Frisia et Groningana aliisque locis nonnullis a pluribus conjunctim exerceri solet: quam ob rem distinguitur Collator *unicus* a *primario*.

Jus Patronatus in Patria nostra unice fere Toparchiarum Dominis competere, rarius vero aliis privatis, non-Toparchis, hac, ni fallor, nititur causa, quod priscis saeculis divitiae praecipue fuerint penes nobiles, Toparchiarum unicos fere possessores. Cui accedit, jus illud fere semper fundis fuisse affixum, qui fundi, initio *Villae*, fere omnes postea *Toparchiae* evaserunt.

Interdum autem si invenias eo jure carentes Toparchias, deficientibus aliis rei rationibus, tute existimare poteris, tali casu non aedificatam fuisse vel restauratam aedem divinam primitus e Domini pecuniis.

Jus Patronatus vulgo etiam includit Jus instituendi *aedituum* sive *sacrae aedis custodem*, *praelectorem* ac *praecantorem*, vulgo *ludi magistrum* simul, et *organoedum*, si adest organon 1).

Eleganter de Jure Patronatus libro finem imponit ΥΡΕΥ: »De

---

1) Cf. tamen quae supra de *Jure Ludi Magistri instituendi* attulimus.

»doorspronkelijke deugdelijkheid van dit regt waarborgt ons  
» . . . . . voor deszelfs voortdurend bestaan. Geene van  
»mensen gemaakte, maar uit de natuur zelve herkomende  
»wetten hebben dit regt verleend. Hetzelve heeft zijnen grond-  
»slag in één der heiligste regten van de natuur, in het eigen-  
»domsregt.

»Zij derhalve, die hun wettig bezit van dit regt door geen  
»schandelijk misbruik verbeuren, behoeven voor geen verlies  
»bevreesd te zijn (?). Hetgeen men door de kracht van men-  
»schelijke Staats- of Kerkwetten bekomen heeft, verandert  
»met de menschen en met den tijd, waarin de menschen leven.  
»Het staat slechts voor een' tijd en valt weder met den tijd.  
»Men vindt het hier, en niet daar of elders. Maar het eigen-  
»domsregt is ouder, dan alle maatschappelijke orde. Het is  
»duurzamer, dan alle wetboeken. Het is verspreid over de  
»geheele aarde, waar slechts menschen wonen. De vaste na-  
»tuur, die van geene wisselvalligheden weet, geeft en hand-  
»haaft hare eigene wetten. Zij is hare eigene schutsvrouw 1).”  
De illo jure jam CICERO 2) verbis hisce pulcherrimis: »Est  
»haec non scripta, sed nata lex; quam non didicimus, acce-  
»pimus, legimus, verum ex natura ipsa arripimus, hausi-  
»mus, expressimus; ad quam non docti, sed facti, non in-  
»stituti, sed imbuti sumus. 3).”

1) Cf. quoque THIERS, *de la Propriété*, Liv. 1, Chap. 2 in fine, et Chap. 3 passim.

2) *Orat. pro Milone*, Cap. 4.

3) Cf. etiam CIC. *Orator*, §. 165.

§. IV.

**DE CENSU.**

Nobis: CHYNSEN EN THYNSEN.

Vocabula Chynsen et Thynsen eadem significare videntur; nomen promiscuum pro vario loco. — Thyns nimirum contractum videtur ex vocabulis: het Chyns, 't Chyns.

»Census,» ita BOEHMER, »quidem regulariter consistit in *annua praestatione* alicuius rei; sed finis ejusdem admodum diversus est. Datur *annua pensio* in *simplici locatione*, quae solvitur propter usum concessum rerum vel fructus fundi, et quia eorum *compensationem* intendit, proportionatam pensionem desiderat, et ex quantitate sua facile cognoscitur, sive ad breve tempus sive ad longum tempus locatio facta fuerit, imo etiam *in perpetuum* 1).» De hisce, quae ex locatione in perpetuum originem trahunt, censibus agendum esse reor, cum agamus de *Censu*, ut dicitur *Toparchico*, nec non de quibus BOEHMER narrat hisce verbis: »Porro occurrit *annua pensio* in *emphyteusi*, quae unicum suum fundamentum in *Jure Romano* habet. . . . . Dantur *Census* praediis rusticis inhaerentes, qui ex *antiqua rusticorum conditione* dominis praestandi sunt, et originem suam ex antiqua dominorum potestate in rusticos trahunt. Id jam suo tempore TACITUS, *de Moribus Germanorum*, observavit asserens: »Frumenti »modum dominus aut pecoris aut vestis ut colono injungit.» Dominus has praestationes injungebat virtute *dominicae potestatis*, unde adhuc hodie praediis rusticis, sive rustici liberi,

1) *Jus Eccles.* Lib. III, Tit. XXXIX, §. CX (Tom. III, p. 639).



sive *proprii* fuerint, tales census et praestationes inhaerent, cum, *manumissis rusticis, domini ipsis praediis has praestationes imposuerint, quae alias ex statu servili praestandae erant* 1)."

En, ni fallor, quoque verus *Toparchicus*, qui dicitur, *Census*, nimirum ut in *Toparchiis* occurrere solet. Cautè veruntamen accipienda mihi videntur verba BOEHMERI: »*manumissis rusticis caet., — quae alias ex statu servili praestandae erant:*» nam nihil proprii erat servis ante manumissionem; Censum ergo, quem praestabant, fundi caussa praestabant, quo utebantur. Ille Census vero ante manumissionem non certus ac definitus erat, et non nisi improprie Census haberi poterat: omnia enim, quae ad vitae sustentationem non necessaria, Domini erant et in horreis (*Scuriis* sive *Granganariis*, nobis *Spyckers*, Germanice *Speicher*) erant deponenda. Cum autem manumitterentur, certa fundi portio iis concedebatur aut jure emphyteutico, Censu ad fixam normam redacto, aut titulo utilis domini, retento directo, aut titulo pleni domini, censu vero aliisque redditibus juribusque retentis. Quam ob rem revera et ille census ex jure fundi domini oriundus habendus est; minus recte vero ex statu servili, si ita accipias, ut praestaretur propter beneficium libertatis; — excipienda tamen videtur praestatio, quae dicitur *Gerba libertatis*, de qua postea §. V. de Decimis caet.; quae enim revera propter libertatis beneficium solvi solebat, affirmante RAEPSAET.

Haec quod ad *servos*, proprie sic dictos; de *Villanis* autem ita ROBERTSON 2): »They were likewise *adscripti glebae* or *villae*,

1) Eodem §. CXI, p. 1.

2) *History of Charles V* (Works Tom. IV, p. 275).

from which they derived their name, and were transferable along with it 1). But in this they differed from slaves, that they paid a fixed rent to their master *for the land which they cultivated*, and after paying that, all the fruits of their labour and industry belonged to themselves in property. Several cases decided agreeably to this principle, are mentioned by MURATORI, *Antiq. Ital.* Vol. I, pag. 773." Quibus non contrarium quod affert GRIMM 2) his verbis: »Zinse werden dem Herrn zuweilen für das blosse verhältnis der hörigkeit, meistens für die nützung überlassener ländereien entrichtet."

Quae luce clarius probare mihi videntur, Censuum, quamvis e tempore servitutis oriundos, non tamen directe ex ipsa servitute, sed recte ex fundi concessione originem ducere. Nec unice servi et manumissi censum solvebant, verum etiam liberi nonnulli 3). Quibus omnibus satis congruunt ea, quae de Censuum indole et origine GROTIUS habet 4): »*Cyns-recht* ofte *Uytgang* is de gerechtigheyt van zeker inkomen jaerlyks te beuren ende onlosbaer, dat yemand behoud als hy den eygendom van zyn onttilbaer goed overgeeft." Et mox: »Wy zeggen: *als hy*

1) Cf. etiam DU CANGE voce *Villanus*.

2) *Deutsche Rechtsalterthümer*, p. 358.

3) ROBERTSON, *loc. laud.* »The last class of persons employed in agriculture were free men. These are distinguished by various names among the writers of the middle ages, *Arimanni*, *conditionales*, *originarii*, *tributales* etc. These seem to have been persons who possessed some small allodial property of their own, and besides that, cultivated some farm belonging to their more wealthy neighbours, for which they paid a fixed rent." — De *Arimannis* omnino conferri licet MEYER, *Esprit, Origine et Progrès des Instit. Judiciaires*, Tom. I, pag. 107 sq. nec non MURATORI, *Antiq. Ital.* Tom. I, pag. 717, 735 et 739.

4) *Jul. B.* II, dl. 46, §. 2 et 4.

den eygendom van 't zyne overgeeft: want hoewel in 't stuk van Erfpagt die de Pagt ontfangt, eygenaer werd genoemd, dat geschied om dat hy heeft het recht van verval: maer den Cynsbeurder en heeft geen recht van verval, ende daerom is het meeste ende waerdigste deel van den eygendom by den Cynspligtige, die daerom met goede reden eygenaer werd genoemd. Op eenige plaetsen noemt men het Cynsgoed Oud-eygen.?"

Cum Censum et Emphyteusin non pauci confunderent, differentiae a SCHRASSERT ita notantur et exprimuntur 1): »Notabiliores quidem differentiae sunt hae: Prima quod in Emphyteusi Dominium directum sit penes dominum, utile tantum penes Emphyteuticarium; censitus autem sit rei censualis perfecte Dominus, tam directus quam utilis, et possessor, tam naturalis quam civilis, nullo jure existente penes Dominum censualem, nisi censu suo tenus. — Cuius jus censuale in se constitit, plane distinctum ab ipsa re et dominio. Quod consuetudo patria ita refert: *Thyns heeft genot en geen gebod.* Ut propterea minus inconveniens censendum sit, quod in bonis Feudalibus et Dominicis unus habeat Dominium directum, alter super eadem re Censum percipiat; et hac de caussa Hollandi Censum reservaticum vocant, *Oud-eygen*, relative scilicet ad pristinum rei censualis Dominium," caet. 2).

Accurate quoque fundi concessionem in Censum ab Emphyteusi distinguit PEPIN LE HALLEUR 3), fide MOLINAEI aliorumque

1) *De censu Dominico et Conventionali*, Tit. I, § 7.

2) *De Censu reservatico* cf. etiam EICHHORN, *Deutsche Staats- u. Rechtsgeschichte*, §. 565, citatis locis ex *Württemberg.-Landrecht*, Th. II, Tit. 9, caet.

3) *Histoire de l'Emphytéose en Droit Romain et en Droit Français*, Mémoire couronné par la Faculté de Droit de Paris, 1843, pag. 249 sq.



scriptorum. Jus enim Emphyteutae, veluti simplex *Jus in re aliena*, alia non continebat, nisi quae stricte necessaria ad utendum fruendum; caetera Emphyteutae expresse concedi oportebat 1). Jus autem Censitarii *et majoris ambitus et melius*: Censitario enim sponte competebant omnia, iis tantum exceptis, quae *cum* expressis verbis titulus, *tum* consuetudo Domino conferrent. Emphyteutae quidem licebat mutare rerum naturam, non vero eam reddere deteriolem. Hoc autem facere Censitario omnino liberum erat, nec poterat se opponere Domino; qua de re explicite DUMOULIN 2). Quin etiam LOISEL 3) non nisi ea facta excipit, quibus res ita imminueretur, ut ex ea census non amplius praestari posset.

A Censûs reservatici negotio non valde differre Jus superficiei, nobis *Huisgebouwert*, opinor, unde oriundas existimo varias illas praestationes e domibus ceterisque, quae nobis *Uytgangen* vocari solent.

Hos autem Censûs, de quibus diximus, nequaquam Toparchicos haberi posse, prolixè exponere supervacaneum: ipsa enim ratio docet, cum nihil commune habeant aut cum Jurisdictionis delegata regiae parte, Toparchiam constituyente, aut cum publica auctoritate, quae Toparchis quondam competiverit.

Verum difficultatem quandam, primo sane obtutu, affert Censûs, *Dominicus* vocatus a SCHRASSERT, in Tractatu *de Censu Dominico et Conventionali*: Censuum enim genera plura et species memorat Jureconsultus ille Gelricus, his quidem verbis:

---

1) Cf. PEPIN LE HALLEUR, *Op. laud.* II, II Part. § 5—14.

2) *Ad Art. 74 Cout. de Paris*, Gloss. II, N<sup>o</sup>. 2.

3) *Instit. Cout.* Liv. IV, T. II.

»Dividitur nempe Census respectu generis, quod sit vel dominicus vel conventionalis, qui iterum in varias species distribuitur, vel ratione modi, quod sit vel *constitutus*, quem ex re sua quis vendit et super ea constituit; vel *reservativus*, quem quis in rei suae traditione sibi reservat; vel *testamentarius*, quem quis testamento super re sua legat; vel ratione annuae praestationis, quod sit vere Fructuarius, ex quo debentur fructus, ut frumentum, vinum et simile; vel *pecuniarius*, ex quo pecunia.

Ille (dominicus) subdistinguitur in Censum *certum* et *incertum*; quorum ille certus est, cum determinata fructuum mensura constituta est; incertus, cum indeterminata, verbi gratia, tertia vel quarta fructuum pars reperitur in obligatione.

Ratione denique *temporis* distinguitur Census in, caet.: hic non refert.

Potissimam autem Census divisionem illam esse, qua dividitur in *Dominicum* et *Conventionalem*, ipse SCHRASSERT affirmat; caeterae divisiones referunt tantum species duplici huic generi subjectas.

Itaque quod ad Censum *Dominicum*, quem vocant, attinet (nam de hoc tantum quaedam dicenda mihi erunt) nec proprie *Toparchicum* illum teneo, imo nec verum Censum, si saltem GROTII definitionem, supra citatam, amplectare; quod sponte elucebit, si mox paullo accuratius perpenderit ipsius SCHRASSERTI definitionem. — Praemonendum tamen videtur, voce Census saepius alius generis praestationes significari, quae nobis Schot, Lot, Bede caet. vocari magis solent. Ita verbi causa, jam misso antiquo censu Romano, EICHORN 1) nomine Zins

1) *Deutsche Staats- u. Rechts-Geschichte* §. 15.

utitur, ubi de populo vectigali facto sermo est; locus est CAESARIS de *Bello Gallico* IV, 3, »hos cum Suevi multis saepe bellis experti — finibus expellere non potuissent, tamen *vectigales* sibi fecerunt." Ita quoque *Capitulare* CAROLI MAGNI, A<sup>i</sup> 805, Cap. 20 »*Census Regalis* undecunq̄ legitime exiebat, volumus, ut inde solvatur, sive de propria persona sive de rebus." Denique STRUVIUS 1), loquens de redditibus et Domano Imperii: »sequuntur Terrae tributariae, de quibus ad partem Regiam quidpiam dabatur; nobis *Steuerbahre Güter*. Huic affinis erat *Census Regalis*; quare tales terrae dicebantur *Censuales*." *Census Precarii* nomine quoque solvebatur, quin etiam id solvisse ipsos Dominos Equitesque, EICHHORN 2) docet his verbis: »A<sup>o</sup> 1376 bewilligten in den Meissnischen Ländern «*Herren, Ritter, Knechte, Pfaffen, Klöster und Bürger*» ihren Fürsten «einen halben *Zins* von allen ihren Gütern zur *Bete*." Verbo, *Censum ararum*, Grundzins, Principi solvi solere a subditis stiurae, subsidii, adjutorii, petitionis, precarii nomine, EICHHORN affirmat 3).

Verum de eiusmodi censibus, vulgo saltem, sermonem esse non posse in Toparchiis perspicuum est. — Praeterea, belgice *Cyns* vel *Thyns* maxime tantum usurpari de *Censu reservatico* jam suspicari, quod apud VAN ZURCK, *Codice Batavo* tantum voce *Erfspagten* *Census* referantur.

Quibus perpensis, videamus de SCHRASSETI definitione: »*Censum Dominicum* definitio Jus percipiendi annuam pensionem sive

1) *Corpus Jur. Publ.* Cap. X, §. 3.

2) *Op. laud.* §. 426.

3) *Op. laud.* §. 306, cf. etiam §. 297.



in nummis sive in alia specie, Gelriae Principi concessum a subditis super rebus suis allodialibus vel feudalibus, corporalibus aut incorporalibus, *in compensationem protectionis, ad quam Princeps suis subditis est obligatus.* — Et alio loco: »Apud nos Census est annua quaedam praestatio, quam quis facit de re sua." Quod prorsus contrarium iis, quae obtinent de Censu, de quo supra diximus, nimirum *reservatico*. Illic enim *retinet* fundi dominus *reditum ex re sua, quam caeterum alienat*; hic vero *praestationem facit* dominus *de re sua, quam caeterum possidere non desinit*: »Principi concessum a subditis super rebus suis allodialibus vel feudalibus," caet. Quatenus igitur haec praestatio, censûs loco, vectigal potius habendum esset. Deinde hic conceditur Domino, i. e. Principi, *reditus in compensationem protectionis* 1); quo autem respectu eiusmodi praestationes nil aliud habendae sint, nisi, ut dicuntur, Coronaria, nobis Huldepenningen, quae revera cum proprio Censu, de quo supra diximus, nihil commune habere possunt, quamvis non-

---

1) De censu praestando protectionis causa ita EICHORN, *Op. laud.* § 195: »Der Freie, der sich unter diesen (Herrenschutz) gestellt hatte, zog dann im Kriegsdienst unter seinem Vogt aus; sein Gut übergab er ihm zwar auch, aber nur um es unter diesem Schutz gegen einen Zins zu besitzen," u. s. w. Potest autem moveri quaestio, an non et ille Census revera habendus sit *reservaticus*; duos saltem contractus separatos ac distinctos adesse apparet: cedit quis de fundo suo allodiali, quem obfert Domino cuidam potentiori, protectionis gratia; nunc autem ab hoc denuo fundum accipit Censûs solutione stipulata; *conventionalem* sane esse talem censum negari nequit. — Deinde an *protectio* a parte minorum Toparcharum recte intelligi possit, dubitandum videtur. — Insuper, hic sermonem esse apparet de fundis liberis, i. e. allodialibus, oblatis, quales non accipiuntur incolarum fundi cuiuslibet Toparchiae, cuius universi fundi priscum dominium aut penes ipsum Toparcham, in allodialibus scil. Toparchiis, aut penes Principem, in feudalibus, fuisse, et directum dominium penes illum magis minusve adhuc esse soleret.

nunquam minus proprie, ut mihi videtur, nomine Censûs occurrant.

Denique illic Census praestatur ab ipsis colonis caeterisque minoribus fundi possessoribus Toparchae, veluti fundi pristino domino; hic autem praestatur ab ipso Toparcha Domino, i. e. Principi, in compensationem protectionis.

Postremo de hoc ita SCHRASSET: »*Dico jus*, quia census in proposito non est ipsa pensio annuatim solvenda, sed jus eam exigendi, cui in altero respondet obligatio ad solvendum.” Quo autem respectu eiusmodi praestatio precarii magis quam census naturae propria habenda videtur; — et eodem hoc respectu *Regale* magis, vel *jus Majestaticum* haberi posse videtur; quod voluisse SCHRASSETUM quoque suspicor, etiamsi vox *Dominicum* satis ambigua; ne confundatur igitur cum voce *Toparchicum*, nostro sensu. Precaria enim et exactiones exigendi jus posterioribus temporibus saltem, Principi fere unice competere solebat 1), et nonnisi a liberis Dynastis quoque exercitum est; quibus computari possunt alti illi Barones, nobis Bannerheeren, Banderrotsen sive Baenrotsen nuncupati 2). Quam

---

1) De precariis Saeculo XIV, maxime autem XV in usu et subsidiis (*Onderstandgelden, Beden*, Gallice: *Aides*) omnino vid. KLUIT, *Hist. der Holl. Staatsregering*, IV dl., p. 461, sqq.

2) De his G. VAN LOON, *Al. Reg.* V dl. p. 552. »Deze banderrotsen of Baenrotsen waren gemeenlyk de grootsten van de.....Vryheeren, welke.....het Heerlyk bewind hunner hooge vrye Heerlykheden in 't eerst alleen onmiddelyk van het Ryk te leen hielden, diens volgens ook hetzelfde hooge gezag en rechtsgebied in deeze hunne Vrye Heerlykheden, even als de Graaven in hunne Graafschappen, uyt den naam des Ryks voerden en dierhalve naar het bekende voorbeeld der Graaven van hunne onderdaanen ook eenige beden of geldopbrengingen hebben moogen vorderen, Wetten en Keuren maaken, Vrydommen vergunnen, geld munten, als

tamen ob causam tributorum exigendorum Juri naturam *stricte Regalem* denegat KLUIT 1); praesertim autem, cum tributum sive Census regius *origine sua* sub Francis nihil aliud esset nisi reditus ex fisco sive Domanio regio, eiusque mansis et agris regis 2).

Verum ejusmodi jus precarii exigendi, siquidem Census improprie nuncupetur, difficile Toparchis et Ambactis, ipso saltem jure 3), competens invenias, quam ob rem mittamus: cum enim ad vulgarem speciem non pertineat, in dubio ex eo fonte oriri non est praesumendus; probatio saltem ei incumberet, qui affirmaret.

Saeppissime huius generis Census, Dominicos scil., quoque a reservatione ex re propria originem ducere, ipse SCHRASSERT affirmat his verbis: »Ut tamen interim negari haud possit, magnam etiam Censuum Dominicorum partem suam a reservatione Principis in agrorum, maxime quidem Feudalium et Dominicorum concessionibus ducere originem 4).” Quod si ve-

uyt de nog voorhanden zynde Geldstukken dier Vryheeren blykt, het grof wild in hunne vrye Heerlykheden jaagen, en voords met een woord, alle die gerechtigheden oeffenen, welken door de onderscheydene Keyzers aan alle des Ryks onmiddelyke Leenmannen van tyd tot tyd waaren vergund geworden.” — Cf. omnino etiam v. SPAEN, *Inleid. tot de Historie van Gelderland I*; — *Vertoog over de Banerheeren*.

1) *Primae Lineae Coll. Dipl. Hist. Polit.* §§. 819, sqq.

2) Cf. *Op. laud.* §. 817.

3) Cf. huius disputationis pag. 62 sq., ubi de *jure precaria exigendi* certo Toparchae vendito sermo.

4) Census etiam praestari solebant ex *Jure Curtis*, unde tale praedium quoque vocabatur *feudum rusticum*, nobis autem *Erf-cynsgoed*, *Cyns-leen*; cf. EICHORN, *Op. laud.* §. 368. In iis vero census praestationem fieri ex fundi concessionem, jam sponte elucet; cf. huius disputationis § de *Jure Curtis*. Feudum censuale



rum, cum ejus Dominici Census definitione, supra citata, nequaquam congruere videtur.

Quibus perpensis, tute colligimus, Census, uti hodie vulgo occurrunt, *reservaticos* nempe, *conventionales* ergo, ne tangere quidem Jus Toparchicum, quam ob rem ex nostri Arti al<sup>a</sup> 2<sup>a</sup> impugnari nequeunt.

Aliter senserunt de Censibus Jureconsulti Gallici; hos autem prorsus confundere solere cum jure *simplicis fundi domini*, cum jus *Feudale*, tum *Toparchicum*, valde existimo; caeterum quod jam sponte elucebit inspicienti MERLIN vocibus: *Rentes Seigneuriales*, § I, 1, et *Cens* passim.

Negari tamen nequit, Censûs nomine, praestationes nonnunquam quoque solvi, quae revera aut e Feudali Regimine, aut ex Jurisdictione Toparchica oriundae existimandae sint, quales si probentur recte extinctae judicandae sunt, ut saepius fit; sic verbi gratia sententiâ quadam Tribunalis primae instantiae Sylvae Ducis, confirmata re judicata Supremae Curiae pristinae Haganae, in caussa Administrationis Domanialis (Domein-Bestuur) c<sup>a</sup> Communitatem Megen, qua sententia extincta judicata est obligatio Coronariorum (Huldepenningen), quae Comiti quondam a Megen concessa fuerant, quia constabat eam obligationem ex obsequii officio oriundam, ex principiis Juris Publici hodiernis cessasse 1).

---

tamen, quod etiam *pensionarium* dicitur, a censitico contractu in eo differt, dum fides certa promittitur; cf. SAM. STRYK, *Examen Juris Feudalis*, Cap. IV, de feudis impropriis, 35.

1) Cf. J. F. MAURITZ GANDERHEYDEN, *Pleitrede over het wettig voortdurend bestaan van het Domaniaal Tiendrecht enz. in Noord-Brabant*, pag. 2 in Notis. — Observatione sane dignum est, hîc sermonem esse de Dynastia, nimirum Comitatu Megen, non vero de Toparchia.

Sic etiam ejusdem Tribunalis quadam sententia similiter re judicata Supremae Curiae pristinae Haganae confirmata, in causa viri Nob. A. MARTINI VAN GEFEN c<sup>a</sup> Communitatem Gefen, extinctus judicatus est *Census recognitionis* (*Recognitiecyns*), cum demonstraretur oriundus ex redemptione juramenti, in annuis placitis olim praestandi. (*Eedinge by de Jaargedingen*) 1).

Quod ad hoc exemplum attinet, si hodie adhuc ejusdem naturae *Census* occurrant, et a *Censuariis* tales probentur, recte ex al<sup>a</sup> 2<sup>a</sup> nostri *Arti* impugnari reor.

Quod autem ad sententiam attinet ejusdem, supra jam citati, *Judicii*, similiter etiamsi confirmatam re judicata Supremae Curiae pristinae Haganae, in causa Domini CHARLÉ VAN WASPIK c<sup>a</sup> VAN DUSSELDORP, qua *Census* quidam 70 florenorum extinctus judicatus est, oriundus nempe ex redemptione *Juris Venti* 2), — de hac postea videbimus § 8, de *Molendina Banali* et de *Jure Venti*.

---

1) Cf. GANDERHEYDEN, l. 1.

2) *Ibid.*

§ V.

**DE DECIMIS**

**ALIISQUE** ejus generis **REDITIBUS.**

Pluribus in Toparchiis exstat Jus decimandi; inde forsitan Jus Toparchicum esse, i. e. Domino qua tali competere, nonnunquam putatur; eo quidem profanum vulgus tendit, ut vestigia sibi reperire videatur priscae usurpationis ac spoliationis; quin etiam isti opinioni deditum, se incitare colonos, ne longius solverent decimas, haud dudum mihi fateri quendam non pudit; Toparchae, ita enim jactabat, verosimiliter titulo probare non possent jus suum, quam ob rem, cum, ne inire lites sumtuosas cogerentur, tum, ne caussae infausto exitu omni decimandi jure privarentur, singulos debitores in jus vocare non auderent; vae impiae genti!

Pauca igitur de jure decimandi eiusque origine, quibus facillime cuicumque deducendum erit, aliquid commune habere cum Jure Toparchico, nec decimas, nec alios quoque ceteros ejus generis reditus.

Vulgo satis receptum est, decimas universe non esse *Juris Divini*, ut olim erant in Palaestina apud Judaeos, sed *Juris humani*; porro non esse *Juris publici*, ut nonnulli probare conati sunt, primitus vectigalia ducentes, sed *Juris privati*, quia originem ducant e fundi dominii jure 1).

Jus decumanum nostrum Europaeum derivandum est cum e Romanorum colonatu, tum e Jure Germanico antiquissimo.

---

1) Qua de re conferre licet BIRNBAUM, *Die rechtliche Natur der Zehnten*, Bonn 1831.



Populus scil. Romanus, postea Imperatores, Provinciarum *dominium* retinere solebant, possessionem vero tribuere aut Patriciis aut Veteranis, aut indigenis aut colonis peregrinis 1). Hi possessores non ipsi fundorum eorum culturam suscipiebant, particulatim vero sua vice edebant vel liberis colonis, vel servis, *et manumissis, et proprie ita dictis*, qui eam ob causam non dicebantur *possessores*, verum fundorum eorum *in possessione*; pretium praestare debebant; servi partem dimidiam, *halfteelt, champart*; decimas vero liberi coloni 2). Non difficile intellectu, qua ratione et quo modo jus partis dimidiae, decimarum frugum, aliarumque caeterarum praestationum similitium, initio naturalibus, postea, nummorum copiâ auctâ, pecunia per totam Europam de fundis fere omnibus constitutum fuerit et exactum, atque quidem antequam nota erant Feuda et ante natas Toparchias 3). Veruntamen Decimarum nostratum originem quoque adscribendam esse Juri Germanico antiquo, quo, ut alia Domania, certa frugum pars Principibus concedebatur, SCHRASSERT affirmat 4), nec non GRORIUS 5) his verbis: »dit teeken 6) doet ons verstaen, dat onze tienden in Holland

1) Cf. BIRNBAUM, *Op. laud.* pag. 53, *sqq.* item pag. 68, *sqq.*; — GANDERHEYDEN, *Pleitrede*, jam saepius memor. pag. 9, *sq.*

2) Hodie partis dimidiae certa species a liberis quoque colonis praestari solet, quae peculiari nomine *de zware garve* vocatur: nimirum quo jure duae praestari solent quintae partes segetum a colono, caeteris praestationibus exceptis, quae vulgo pro parte saltem, nuncupantur *toepacht*, quae pecuniâ consistit numeratâ.

3) Cf. GANDERHEYDEN, *Op. laud.* pag. 11.

4) *De Jure Decimandi Germanico*, Cap. I, §. 9.

5) *Inleiding tot de Holl. Regtsgel.* II B. 45 *dl.* §. 2.

6) Scil. secundum Jus Decumanum nostrum non *decimam* sed *undecimam* frugum partem solvi solere.

niet en komen uyt de gesejde geestelyke rechten, . . . . maer veel eer uyt het oude Duytsche recht ouder als het Christendom, by 't welke den vorsten tot onderhoud van haren stand zeker deel van vrugten wierd vergund."

Distinguuntur, ut satis notum, *decimae temporales* ab *Ecclesiasticis*: nam cessat apud nos divisio *Decimarum* in *praediales* et *personales* 1); rejiciuntur quoque *mixtae* 2).

E *decimis Ecclesiasticis* nequaquam originem ducere *decimas temporales*, plane jam probatum duco a SCHRASSERT, RAEP-SAET, BIRNBAUM, aliis: nimirum jam existebant per saecula temporales, antequam occurrant *decimae Ecclesiasticae*, initio hic tantum et illic, universe magis postea. Explicite quoque GROTIUS 3): »Overzulks die naerstelyk zal willen onderzoeken den oorspronk van de tienden die de bisschoppen van Utrecht ofte de Godshuyzen aldaer van ouds hebben gehad, zal bevinden, dat zy die bekomen hebben niet uyt de geestelyke rechten, maer uyt gifte van Koningen en Vorsten, die men vind van den jare zeven honderd ende later. Alzoo en vinden wij ook niet dat de eerste Graven van Holland eenige tienden hebben bekomen van geestelyk luyden: maer wel dat zy verscheyde tienden aen de Gods-huyzen van Egmont, Rynsburg ende anderen hebben geschonken: waer uyt ook te geloven staet, dat de tienden van Zeeland eertyds bezeten by de bis-

---

1) Qua de re BRITZ, *Histoire de la Législation et de la Jurisprudence des Provinces Beligiques*, pag. 627: »Les dîmes personnelles qui se prélevaient sur ce que l'homme »avait acquis par une industrie quelconque, étaient déjà tombées en désuétude du »temps de ZYPARUS," qui conf. *de Jure pontif. Lib. III, de Decim. N<sup>o</sup>. 5.*

2) Cf. SCHRASSERT, *Op. laud.* pag. 11.

3) *Inl. loc. cit.*

schoppen, ende door gifte van dezelve by Peters Godshuys tot Utrecht, ende by 't zelve Godshuys aen den Grave vermangeld om eenige goederen gelegen in de Dordrechtsche Waerd, eertyds uyt wereldlyke hand moeten zyn gekomen.”

Sunt, qui, etiamsi generaliter Decimarum naturam saecularem admittant, in Provincia tamen Trajectina earum Ecclesiasticam indolem adserere cupiant, cum saeculari potestate investiti fuerint Episcopi Trajectini; non reputantes, id ipsum quidem harum Decimarum naturam saecularem fere probare: cum enim Episcopi illi fundos aut in feudum darent, aut alio quocunque modo alienarent, decimis stipulatis vel retentis, hoc Ecclesiastica sua qualitate fecisse, profecto existimari non poterant, verum recte qualitate tantum saeculari; quam ob rationem et illae decimae minime Ecclesiasticae ducendae sunt. Ejusmodi propriorum fundorum locationum vel alienationum, decimis stipulatis ab Ecclesiis, exempla citat WARNKÖNIG 1).

E feudali Regimine decimae derivandae non sunt, ut ipsa ratio jam docet: nam multo antiquiores decimae; tamen recte feudi objectum efficere poterant, ut saepissime obtinebat: »Tienden,” sic GROTIUS 2), »konnen zyn leen ende onleen, ende werden bekomen als ander leen ofte onleen-goed, ende op gelyke wyze verloren.”

Decimas in dubio feudales praesumi solere, SCHRASSERT 3) et BORT 4) affirmant; intelligas in *feudum concessas*: cave enim, ne eam ob rationem oriundas e Feudali Regimine ducas. — Hodie

1) *Flandr. Staats- u. Rechts-Geschichte*, I, p. 457.

2) *Inleid.* loc. cit.

3) *Op. laud.* Cap. VIII, §. 1.

4) *Op. laud.* Dl. X, N<sup>o</sup> 24 et 25.



vero non amplius feudales sunt: sublato enim nexu feudali bonisque omnibus *alodialibus* effectis 1), decimae in manibus possessorum e feudalibus factae sunt alodiales, ut recte hodie adhuc sunt.

Nec aliquid cum Jure Toparchico sive Toparchiae essentia, Jurisdictionis videlicet delegatione, commune habere decimas, luce clarius demonstratur e feudis a Comitibus datis: nam si a Comite in Hollandia huic vel illi super fundi sive terrae quendam tractum non nisi nuda Jurisdictio concessa erat, jus decumanum *hanc ob causam* minime subintelligebatur 2). Quod affirmat GROTIUS 3) his verbis: »'t is ook zulks dat de leenmannen bezittende hoog ofte laeg gerechte uyt kragte van haer heerlykheyt hebben willen vermeten recht tot de tiende: maer de zaek by onzydige raedsluyden zynde onderzocht, is bevonden dat niemant recht en had tot tiende wiens verly zulks niet uitdruklyk mede en bragte: *alzoo de tiende met het gerigte geen gemeenschap en hebben.*”

Decimarum naturam Toparchicam negat quoque BORT 4): »Alsmede omdat by ons de Thienden oock niet en werden gehouden, als een gevolg van Hooge, ofte oock van Ambachts-Heerlykheyt, maer verstaen werden met de jurisdictie, ofte het Gerichte, geen gemeenschap te hebben.”

In Zeelandia tamen regula invalebat, ei competere decimas, cui concessa esset jurisdictio; forsan ex juris praesumptione, una cum jurisdictione et fundi quoque dominium concessum fuisse 5).

1) Cf. Constit. A<sup>i</sup> 1801, Art. 16; — Constit. A<sup>i</sup> 1805, Art. 9.

2) Cf. BIRNBAUM, *Op. laud.* pag. 35.

3) *Inleid.* l. c. §. 3.

4) *Tractaet van de Domeynen van Hollant*, X dl. 4.

5) Cf. BORT, *Op. laud.* X dl. 5; GROTIUS *de Jure B. et P.* Lib. II, Cap. VIII, N<sup>o</sup>. 15.

Vehementer certare solebant de Decimarum nostratium indole primitiva, vel privata vel publica: his enim vectigalia fuisse ducentibus, illis privati fundi domini sequelas. Cum autem univ-erse de Decimarum natura primitiva satis constet, non est, quod in nostratibus eandem originem non agnoscamus. Jam apud Romanos fundi domini ex agris suis, quos colendos darent colonis cum partiariis, tum adscriptitiis, decimas retinere solebant 1).

Et Liti quoque decimas praestabant 2). Nec Germanis temporibus jam antiquissimis ignotae fuisse videntur decimae fundi domini sequelae, quod tute conjiceret e TACITI verbis 3): »Frumenti modum dominus, aut pecoris aut vestis, ut colono injungit." — Apud Francos Romanorum more et lege viventes decimae jam in usu erant Saeculo VI<sup>o</sup>, teste DOM. BOUQUET 4). Quin etiam ipsae Ecclesiae, ut supra jam attuli, agros suos proprios locare solebant decimis stipulatis 5). Caeterum Decimarum *Juris privati* naturam vindicarunt BÖHMER, THIBAUT, BIRNBAUM,

1) Ad quod probandum WARNKÖNIG, *Flandr. Staats-und Rechts-Geschichte*, I, pag. 457: »Was schon VIRGIL in den *Georgicis* sagt:

»Partiarii coloni pars — novem fasciculi sunt

»Domini, qui fundum colendum dedit, portio unius."

Jam vero, — missa interpunctione, quae, si ullum, sensum paret materiae prorsus contrarium, — revera nescio, quam VIRGILII Editione, rarissimâ sane, usus sit WARNKÖNIG: in Editionibus enim, quas inspicere mihi contigit, citata verba minime inveniuntur; praeterea pro comperto habui, VIRGILII *Georgica* hexametris fuisse condita: quale vero metrum e citatis sit efficiendum, me nescire profiteor, nec HORATIANUM quidem puto.

2) Cf. WARNKÖNIG, loco cit.

3) *De Moribus German.* Cap. 25.

4) Tom. II, pag. 47. Cf. etiam RAEPSAET, *Défense de Charles Martel*, Tom. I, pag. 331, et WARNKÖNIG, *Op. laud.* loc. cit.

5) Cf. WARNKÖNIG, loco cit.

RAEPSAET, alii; *Juris publici* vero naturam, nimirum vectigalem, defendere conati sunt inter alios MÖSER et VON ROTTECK. Eidem huicce sententiae GROTIUM quoque deditum fuisse, quod ad Hollandiae Decimas, conjiceres ex iis, quae sequuntur, verbis 1): »die ook alles van onderen opwaerts zal willen speuren, zoo verre de geheugenisse dragen kan, zal vinden dat alle de tienden zyn gekomen uit des Graefs boezem.»

Jam vero quod ad verba: *alle de tienden*, haec minus accurata mihi videntur, si a GROTIO dissentire liceat: longe plurimas quidem e manu Comitum venisse, jam facile admitto; excipiendae tamen mihi videntur, quas privati Domini sibi fecerint e fundis suis alodialibus; qui fundi alodiales, si sane eos compares Domaniis latifundiis Comitum, antequam haec crebrius aut in feudum dederint, aut alio quocunque modo alienaverint 2), revera parvi duci poterant momenti, cui sententiae jam favet KLUIT, his verbis 3): »Tot die vaste goederen behoorden alle die Landen en Bezittingen, die den Graven als Grondheeren of Bezitters van het Territoir toekwamen, en op welken de afzonderlijke Ingezetenen en vrije Landbewoners geene aanspraak hadden, die in het Duitsche en voorheen in 't Fransche Rijk den gewonen naam van *Domeinen*, Koninglijke, Landsheerlijke, Landsvorstelijke, en bij ons *Graaflijke* of 's *Graven Domeinen* genoemd werden, ook bij de Bisschoppen in 't Sticht, enz. *Kamer- of Tafelgoederen*: zoodat toen bij voorb.

---

1) *Inleid.* B. II, dl. 45, §. 2.

2) Per multa sane eiusmodi infundationum et alienationum exempla occurrunt apud VAN MEERIS, *Charterboek v. Holland*, passim.

3) *Hist. der Holl. Staatsreg.* IV dl. III Hoofdst. *De groote uitgestrektheid der Gr. Dom.* pag. 426 et 430.



de Friesen hun geheel Territoir, met het Bewind, aan KAREL V (bij koop) overgaven, zij dit zeiden te doen, *buiten schade onzer eigendommen en renten a)*. Met één woord, al dat gene, 't welk volgens de gronden van 't voormalig *Roomsche Recht*, genoemd wierd *Res Juris publici*, of *Staats- of Landsgoederen;*" et deinde: »Maar het spreekt nog sterker, en 't wijst den Rijkdom van die Landsheeren nog krachtiger aan, dat alle zulke *Landen, Goederen en Gerechtigheden*, die de Graven allengskens onder den naam van *Ambachtsheerlijkheden, Middelbare en Hooge Heerlijkheden*, met hunne daarbij gevoegde *Gevolgen*, ja kortom alle *Leenen* van groot of klein bevang, uit hunne onmeetlijke *Terreingoederen* te leen gaven, dat die allen, zeg ik, van den Landsheer als oorspronlijken Eigenaar afkomstig zijn, welken zij daarna aan *Edelen, Ambtlieden*, of zich wel verdiend makende Mannen verleenden, of bij Brieven van Leengift uitgeven op voorwaarden, waardoor die Leenmannen het vruchtgebruik (*utile dominium*) bekwamen, maar de Leenheer het *Oppereigendom*, of regelrecht bezit (*dominium directum*) behield. Eene zaak, die zelfs de minstdoorziende Schrijvers in de Oorspronlijke Rechten onzer Graven niet hebben kunnen loochenen. Daar nu die later op 's Graven Territoir opgekomen Leenmannen (ik spreek niet van uitlandsche) daarbij niets anders verkregen dan 't geen hun uitdrukkelijk bij de *Leenbrieven* werd gegeven en toegekend; zoo volgt hieruit, dat in twijfelachtige gevallen de verklaring moet afgeleid uit het oogwit van den Gever b). En daar geheel Holland door, zoovele

a) Cf. SCHWARZENB., *Charterb. van Friesl.* D. I, bl. 783; WINSSEM. *Chron.* p. 353.

b) Of, gelijk men anders zegt, *in dubio praesumptio pro principe.*

Hooge of Halsheerlijkheden, en mindere of Ambachtsheerlijkheden bekend zijn, met alle de rechten en inkomsten onder den naam van *Gevolgen* daaraan vast; zoo oordeele men hieruit, welke oorspronkelijke Rijkdommen die *Domeinen* bevat hebben.”

Nihil igitur obstat ut, ubi de Decimis aut infeudatis aut venditis, aut donatis sermo est 1), eas accipiamus ex Domaniis, nimirum ex fundis Comiti propriis.

Longius etiam GROTIUS rem protrahit SCHRASSERT 2), affirmans annuos redditus, qui nomine *decimarum* ex translatione rei propriae solvuntur, strictim non constituere universi Juris nostri decimandi partem. Cui tamen sententiae, ut ex praemissis facile deducere licet, minime consentire possumus: e quibus enim colligendum apparet, Decimas universe habendas esse redditus, primitus stipulatos pro fundi concessione hereditaria, vulgo in feudum 3). Imprimis huic sententiae quoque deditus apparet TROTZ 4) fide MEYERI 5), veteris Historici, exemplum insuper afferens ejusmodi fundi concessionis, decimis stipulatis, his verbis: »Continuis bellis exhausta erat patria, agricolis et colonis suis orbata, solitudo hinc ingens in agris et penuria rei frumentariae. De ODOCERO, Comite Flandriae, testatur MEYERUS, Seculo medio IX. singulis illum subjectis suis tantum territorii distribuisset, quantum ipsi arare et colere valerent. Chronicum Flandriae vero, quod nuper Brugis in fol. prodiit tom. I, pag.

1) Multa inveniuntur exempla apud V. MIERIS, *Op. laud.* passim.

2) *De Jure Dec. Gallic.* Cap. IV, §§. 2 et 3 et passim.

3) Qua de re caeterum imprimis cf. GANDERHEYDEN, *Op. laud.* pag. 3 et passim, et *Bijlagen* A et C.

4) *Jus agrarium foederati Belgii*, I, p. 30.

5) *Annal. Flandr.* Lib. I.

25, indistincte omnes ad agriculturam invitasse et singulis agros distribuisse his verbis tradit. *Het volk ontbrekende tot het be-  
woonen en oeffenen van syn Land, heeft hy doen wijkundigen, dat  
zoo wie wilden eenige Boschen uitdelven, ende den grond bezayen,  
hy eigendom en volle bezit van het selve land soude hou-  
den, voor hem en syne naekomelingen, soo nogtans, dat de  
eigenaars desselfs Lands, de jaerlyksche Thiende der gewoone Vruch-  
ten moesten geven aen den Heere ofte Graeve van Vlanderen."*

Ejusdem fere characteris igitur Decimae duci possunt ac Census, eâ sane differentia, ut Census quotannis, nulla accedente conditione, et pretio fixo, aut pecunia, aut naturalibus, solvantur, cum Decimae, ut ipsum nomen jam indicat, pro rata parte frugum, nec quidem omnium specierum, solvendae sint, et eo tantum nomine, ut nullae solvantur decimae, quoad certae istae frugum species in agris decumanis non colantur, nec etiam, ut ipsa ratio docet, quoad agri isti inculti jaceant. Quam ob causam rei naturae non obstare, quominus idem ipse ager sit et decumanus et censualis, per se jam patet, exceptis insuper caeteris redditibus, quibus idem ager recte obnoxius esse licet.

Itaque ex eo, quod saepius propugnavimus, principio ac fundamento prisci fundi dominii statim profluit, Toparchis, qua fundi Dominis, competere Jus decimandi in iis fere omnibus Toparchiis, in quibus Decimae occurrant; nimirum quod ad Toparchias alodiales attinet, decimae semper ad bona alodialia pertinuerint necesse est; quod vero attinet ad Toparchias in feudum concessas, decimae feudales fuisse tantum haberi possunt in manu feudatarii, cum recte alodiales fuisse ducendae sint in manu Domini et Principis, nimirum prisci universi



fundi domini sequelae, eius scil. fundi, qui privatorum non esset: nam in feudis si adscendas, ad alodum venias necesse est. Inde fieri potest, ut Decimae Reipublicae vel Principi etiam nunc competant in Toparchiis, olim in feudum concessis, quo casu Decimandi Jus una cum fundi dominio magis minusve pleno non concessum ducendum sit, verum retentum: ab omni enim tempore, domino (proprietary) sane licebat rem suam vel alienare, vel non alienare, aut in totum aut pro parte, salvo scil. hoc illove jure vel reditu.

Reipublicae competit in suis Domaniis decimandi Jus, non alio ex principio, quam ex quo Toparchis in Toparchiis suis alodialibus (Vrye Heerlykheden).

Jam vero cum dubitari nequeat, quin domino liceat de re sua disponere pro lubitu, nimirum titulo aut oneroso aut gratuito, luce clarius apparet, decimas ab Ecclesiis, quaeque personae urbesve eas sua vice consecutae sint, decimas videlicet Ecclesiasticas, ut vocantur, justo titulo possideri; cum satis probatum habeam, decimas Ecclesiasticas primitus venisse e manu saeculari; qua de re imprimis lectu dignissimus RAEP-SAET, *Défense de Charles Martel*.

Quam miserrime hinc vapulet istorum sententia, qui priscae exactionis et usurpationis vestigia objurgare solent Jus decimandi, non est quod indicem. Contra, ni omnia nos fallant, bono ac justo nititur fundamento Jus decimandi, cui materiei profecto, si ulli, applicandae praescriptionis regulae; quae in foro valebunt absque ullo dubio, quoad existant Decimae decimandique Jura. Praeterea, decimarum praestatione liberatum qui se affirmet, probatio ei incumbit: Juris enim praesumptio pro eo esse debet, cui competit jus decimandi.

Decimas vulgo dividi in *Majores*, nobis groote s. grove, quae frumenti similibusque terrae frugum praestari solent, et *Minores* s. *Minutas*, nobis Smaltienden s. Smale-tienden, quae de agellis, porcellis, pullis, apibus similibusque animalibus maxime solvuntur, nobis smalle, krytende, vleesch-, bloed- en Byen-tienden, quibus minutis et eae quoque vulgo accensentur, quae ex hortis praestantur 1), a meo proposito sane alienum, ut magis explicite exponam.

Verbo tangere *Decimas novales* oportere videtur. — Paucis absolvere licet, si, universo Juris decimandi principio constituto, quaenam proprie sint *Decimae novales*, recte perpenderit; praeterea, in ipsa rei expositione facile patebit, quibusnam novales jure competant, et jus eas imponendi nihil commune habere cum Jure Toparchico, eamque ob causam ex nostri Art<sup>i</sup> al<sup>a</sup> 2<sup>a</sup> impugnari minime posse.

Novalium imponendarum esse jus distinctum ac separatum a jure decimandi communi, cum BORTIO 2) affirmare quodammodo licet; profluunt tamen ex eodem principio, quo et nititur commune decimandi jus. Sequuntur BORTII verba: »ende het Recht van novale Thienden is een distinct ende separaet Recht op syn selven, niet gecomprehendeert onder het generael woort van Thienden, 't welck alleen van oude Thienden, ende soodanige, als doenmaels waren, te verstaen is, caet. . . . . soo wert by ons verstaen, met de Thienden simpelijck ende generalijck uytgegeven, niet anders gegeven te zyn, dan alleen de Thienden van de oude

1) Cf. SCHRAASERT, *Op. laud.*

2) *Tractat v. de Dom. v. Holl.* DI. X, N<sup>o</sup>. 53.

Landen, met exclusie van de novale Thienden, dat is de Thien-  
den van soodanige Landen, de welke binnen het uytgegeven  
district van nieuws werden afgelant, toegemaect, bedyekt,  
ofte uyt de Wateren gemalen, ende tot culture gebracht, ofte  
oock aen 't selve district *per alluviones et incrementa latentia*  
zyn aengekomen, *cap. quid per novale 22 extr. de verbor. signi-*  
*ficat et l. ult. ff. de termino moto.*"

Quaenam sint Decimae novales, facile intelligitur ex aucto-  
rum sententiis; sic verbi caussa P. VAN DER SCHELLING 1):  
»Eindelyk beteekend *Novale*, land, 'tgeen voor de eerste maal  
geploegd, en bebouwd is; zoo zegt ISIDORUS 2): »*Novalis ager*  
*est primum proscissus,*” waarmede overeenstemd SERVIUS by  
LAURENTIUS VALLA 3). »En in deze . . . . beteekenis word het  
in ons Hollands Tiendregt genomen 4); want daar het Regt  
tot de Tienden van Novaalen, volgens het Pauselyk regt, zig  
ook uitstrekt over zoodanige landen, die zoo lang onbebouwd  
gelegen hebben, dat er geen geheugenis van zy, dat ze be-  
bouwd wierden, hoewel ze eertyds waarelyk toegemaakt mog-  
ten zyn geweest — strekt het regt tot *Novaalen* in Holland  
zig niet verder uit, als tot landen, die nooit te voren, en  
voor de eerste maal bebouwd zyn; en niet tot zulke, die voor  
mensen geheugen mogten toegemaakt, en bezaaid zyn ge-  
weest 5).”

1) *Hollands Tiendregt*, I, pag. 457 sq.

2) *Etymolog.* I. 15, c. 3.

3) *De Linguae Latinae elegantia*, lib. 6, cap. 42.

4) Ut in *Gelria quoque*, affirmante SCHRASSERT, *de Jure dec. Gelr.* V, §. 9.

5) Idem obtinere in *Gelria* SCHRASSERT affirmat, *Op. laud.* loc. cit. Ita G. VAN  
LOON, *Aloud. Reg. van Holland II*, p. 105: ».....*Novale* tienden.....verstaa



È quibus necessarie colligendum apparet, Decimas novalis nihil aliud esse, quam quod Decimae generaliter, nunc antiquae, quondam fuerunt. Quidni igitur in Decimis novalibus agnoscamus eandem originem idemque principium? Nimirum sunt et haec sequelae fundi domini originarii; consequens est, ut competat jus imponendi Decimas novalis Toparchiarum Dominis alodialium, in quibus loci inculti sive Wastinae occurrunt 1); illis enim omnino licet fundos istos alienare, titulo aut oneroso aut gratuito; ergo quid obstat, rogo, quominus eas imponat Respublica solvendas de fundis incultis, nimirum in quibus earum imponendarum jus privatis non competat? An Reipublicae competat Jus Decimas imponendi novalis in Toparchiis, in feudum concessis, quin etiam venditis sub nexu quodam feudali, pendet a quaestione, an, concessio jure decimandi vel decimarum immunitate concessa, subintelligenda sit novalium concessio, vel immunitas. — Non subintelligendam esse, BORT affirmat, ut intelligi licet cum ex loco supra citato, tum e citatae Partis X numeris 54 et 55, qui

---

de nieuwe tienden van alle zulke landen, welken tot nog toe geene tienden hadden opgebracht." Et MIRAEUS, de donationibus Belgicis, cap. 87: »*Utsangi* sunt terrae noviter excultae, quae vulgo terrae *Novalis* vocantur." In adnotat. ad certum instrumentum A<sup>i</sup> 1212, quo abbatae cuidam eiusmodi agrorum decimas concedit DIDERICUS *Altenae* Dynasta, his verbis: »omnem quoque decimam, quae in praedictis villulis de novalibus terris, noviter excultis, quae vulgo *Utsangi* dicuntur, deinceps pervenerit, memoratae Ecclesiae modo supra dicto contradidimus possidendam," caet. Denique BRITZ, *Histoire de la Législation*, pag. 628: »On donnait le nom de *dîme novale*, par opposition à la *dîme ancienne*, au tribut de l'espèce qu'on levait la première année sur un terrain inculte qu'on venait de rendre fertile ou de défricher, sur les bestiaux élevés dans une maison nouvellement introduits dans une localité."

1) Cf. quae de Wastinarum dominio monui §. VI.

ita se habent: »Niet kunnende de selve nieuwe Thienden, moctende geconsiderceert werden *tanquam res de novo emergentes et existentes*, voor der selver existentie verstaen werden *sine speciali nota* mede uytgegeven te zyn.

Ende oft wel de oude Landen, ende Gronden, door privilegie ofte anders van het Thiend-heffen exempt zijn, soo en gauderen daeromme oock by ons van 't selve Recht niet de nieuw bedyckte ofte toegemaecte Landen, *cum novalia separato jure censcantur.*” Quae exemplis allatis confirmantur 1).

Deinde P. VAN DER SCHELLING 2): »Zoodat die in het algemeen verlyd is met de Tienden, niet verstaan word geregtigd tot de Tienden van nieuw toegemaakte en bedykte landen, ten waar in de uitgivtbriev van den Leenheer, of van den Prince dezer Landen de Novale Tienden daar en boven uitdrukkelijk vergund waren.” Quae allatis quoque exemplis confirmata 3).

1) Vid. BORT, *loc. laud.* N<sup>o</sup> 62 et 63.

2) *Op. laud.* I, pag. 467.

3) SCHELLINGH Tractatus cum non in cuiuscunque manu sit, accuratius referre quae hac de re habet, non inutile videtur: »Dienvolgens is het in het jaar 1667 in Revisie verstaan voor de Heeren van de Rekeninge van de Domeinen van Holland, tegen de Ingelanden van den Arenberger Polder in de Beemster, in welke Revisie is bevestigd een vonnis van den Hoogen Raad, waar by 't zelve ook alzoo was verstaan, en te niet gedaan een vonnis van den Hove van Holland, waar by de zaak anders was begrepen.

En heeft dit niet alleen plaats in Holland, maar ook in Gelderland, en andere nabuurige Provincien, als blijkt uit een vonnis van den Grooten Raad van Mechelen, van den 29 Maart 1560, en uit verscheide vonnissen van het Hov van Gelderland, waar onder een van den 5 Mei 1655, van welke gewaagt Mr. BORT *van de Domeinen X d.* 62, 63. Een vonnis van den Hoogen Raad, en eenige van het Hov van Gelderland, een van het hoogste Gerigt van de Veluwe, en eindelijk uit



Quorum scriptorum auctoritate instituendarum novalium jus  
Reipublicae competens indubitatum confirmatur, nisi forsitan de

de bescheiden waar by de Heeren Rekenmeesteren van de Domeinen van Gelderland de Novalen verpagt hebben aan zoodaanigen, welke het Tiendregt hadden over gewassen, die rondom deze Novaalen voortkomen mogten, waar van verscheide berusten in de Rekenkamer van Gelderland, en waarvan een formulier te zien is by den Heer Secretaris SCHRASSEET, die ook de laatstgemelde vonnissen, en andere bewyzen aanhaald *d. tr. De jure dec. Gelr. C. V, § 3.*

XI. Waar van de reden is, dat de geregtigheden tot de Domeinen in Holland vergund zyn aan den Graav, en dat het regt tot de Tienden van Novalen, als van nieuws opkomende, afgezonderd is van het regt tot de Tienden van landen, ten tyde van de uitgifte reets bebouwd. *Borr, van de Domein. van Holl. X d. N<sup>o</sup>. 54 en volg.*

XII. Waarom ook iemand, vryheid van Tienden verkregen hebbende, niet verstaan word vry-, maar Tiend-schuldig te zyn ten opzigt van de Novaalen. *GUTTIEREZ, lib. 2, cap. 21, N<sup>o</sup>. 130, LEYSERUS, d. lib. 3, cap. 23, N<sup>o</sup>. 47.*

XIII. En indien hy vryheid verkregen heeft in 't byzonder van de Tienden van Novaalen voor zyn land, zoo worden daar niet onder begrepen de Tienden van Novaalen, die, ten tyde van het verkrygen van dezen vrydom, van een ander bezeten wierden. *LEYSERI Jus Georg. d. c. N<sup>o</sup>. 42.*

XIV. Vorder, dat iemand, verlyd met Tienden van de Novaalen, verstaan word alleen regt te hebben tot de Tienden van de Novaalen, die 'er reets waren, ten tyde van de vergunning, en geensins van die genen, die naderhand opkomen mogten.

XV. De reden is, dat men in overeenkomsten altoos moet letten op den staat der zaaken, zoo als de zelve was, ten tyde van de onderhandeling. Als in 't breede getoond is by *ZYPAEUS Consult. Canon. libr. 3 de decim. cons. 7 Num. 5 etc.* en andere Regtsgeleerden. Gelyk het verstaan is by het Hov van Gelderland, by sententie tusschen een Momber van zeker Landschap, Impetrant, en *JAN JANSEN BRUNSWYK*, Gedaagden, nevens den Heer *RUTGER VAN HAERSOLTE*, Gevoegden, of intervenient, waar by de Gedaagde, die van de Rekenkamer had verkregen den Raey, of nieuwe Thiend, en uit kragte van dien ook had willen aanvaarden dien der Novaalen, na de voors. concessie, en vergunning aangemaakt, verwezen is den indragt daar mede gepleegt, te herstellen, volgens getuigenis van den Heere *M<sup>r</sup>. SCHRASSEET*, Raad, en Geheimschryver van Harderwyk, de jure dec. Gelr. Cap. V, § 5." — *Cff. SCHRASSEET, Op. laud. Cap. IV, § 2, et GANDERHEYDEN, Pleitrede memorat. pag. 42.*



jure illo expressis verbis aut cesserit, aut immunitatem eius indulserit; quod principium et hodie in foro agnoscitur 1), teste GANDERHEYDEN in *Pleitrede over het wettig voortdurend bestaan van het Domaniaal tiendregt, bijzonder ten aanzien der zoogenaamde Novaliën in de Provincie Noord-Brabant*, opusculo lectu dignissimo. — Idem principium valeat in Toparchiis ab antiquo alodialibus (Vrye Heerlykheden), necesse est.

Nec tributum primitus constituisse Decimas novales, caeteris missis, eo quoque probari licet argumento, quod in Provincia Groningana et in Frisia nullae percipi soleant novales. Jam vero, si ad tributorum genus referendae fuissent Decimae, difficile explicares, quomodo dictae Provinciae ab illis immunes mansissent; verum si e fundi domini jure earum ducas originem, facillime explicatur, qua ratione eas percipiendi jus hic exstiterit, non vero illic 2).

Quibus perpensis, nemo erit, opinor, qui affirmaturus sit, Toparchicum esse Jus cum decimandi, tum percipiendarum Novalium.

Praeter veras decimas, alii quoque fundi redditus nonnulli praestantur non raro decimarum nomine, fortasse, ut eadem diligentia, eadem consuetudine ac reverentia solverentur, qua Decimas solvere vulgus soleret 3); quibus, verbi causa, annumerari licet, ut puto, Jus agraticum s. agrarium, nobis Schoofregt, landschoof, quod si eius naturam inspicias, recte assimilatur locationis conductionis contractui (bail à rente)

1) Cf. Decisio supremi Senatus d. 4 April. 1845.

2) Cf. GANDERHEYDEN, *Op. laud.* pag. 36.

3) Cf. RICHARD, *Analyse des Conciles*, Tom. V, p. 691, cit. RAEPSAET.

et ejusdem fere antiquitatis habetur, cuius ipsum fundi dominium 1): fundi enim Dominis mos erat, *agraticum* olim instituere, nimirum quo tempore rarior adhuc erat numeratae pecuniae copia; quam ob rem maxime cohaerere apparet *agraticum* cum emphyteusi, uti et cum jure partis dimidiae caeterisque fundi concessionibus, quolibet pretio stipulato. Agratico jure praestari solebat, vel adhuc solet, ni fallor, fascis undecima; conferatur tamen, quod jam de agratico nomine *messagii* atuli *Part. I, § II, de Messore*.

Huius juris nomine praestationem quoque exstitisse, RAEPSAET affirmat, originem ducentem a temporibus extinctae servitutis, quae duodecima vulgo, propter beneficium manumissionis debita, *Gerba libertatis* nuncupabatur 2); hodie tamen an adhuc occurrat in nostra Patria, dubito.

Denique praestationes aliae multae reperiuntur fundi causa praestandae, cum in natura, ut ajunt, tum pecuniâ, suspecto quidem nomine Heerenguldens; de quibus SCHRASSERT 3): »Reditus, qui annuatim de hisce (dominicis) bonis praestatur, vulgo dicitur Heerengeld; distinctus iterum variis speciebus, ut *Vry-geld, Voeggeld, Voederkoorn* 4), *Pachtgeld, Breverage* et *Kerstbede* 5), comprehensis uno nomine Heeren-

1) Cf. RAEPSAET, *Oeuvr. Compl. IV, p. 457 (Analyse etc. Liv. IV, Chap. V)*.

2) Cf. *Ordonnances de France Tom. XI, p. 322, cit. RAEPSAET*.

3) *Periocha Juris Dominici, §. 5.*

4) De praestatione nomine *Voedergeld, Ruwvoeder, Koestag, Koegeld*, cf. RACER, *Over-IJss. Gedenkst. IV, pag. 48 sq., nec non II. p. 220 et III, p. 58 sqq. et MATTHAEUS, de Nobilit. Lib. IV, Cap. 23, p. 1076.*

5) Haec praestatio, quae variis locis in Gelria adhuc occurrit, retrodecimae Ecclesiasticae species esse mihi magis videtur, cum unice, ni fallor, cum Ludi

Guldens. Ne tamen ex solutione huius generis reditus, praedium, de quo praestatur, praesumatur Dominicum (Toparchicum); uti Supremus Gelriae Senatus iudicavit d. 14 Dec. A<sup>i</sup> 1610, 26 Oct. et 2 Nov. A<sup>i</sup> 1635." Neque igitur eandem ob rationem *Toparchica* reputari possunt vel ipsi reditus vel jura eos percipiendi; quocunque in casu *Toparchica* probet ille, qui affirmet. Praeterea, ne obstet nomen Heeren-Guldens; verosimiliter enim e fundi domini jure originem quoque ducunt.

Certus reditus, proprio nomine Koptiende gaudens, invenitur in terrae tractu, cui nomen *Gooiland*, de quo A. PERK 1): »De Koptiende van de bezaaide landen, waarmede, benevens met het maarschalkambt, de Abdissen van Elten, de familie van Nijenrode erfelijk beleenden, bedraagt een of meer kop korn van elk schepel lands, zijnde eene uitgestrektheid van nagenoeg een vierde of vijfde bunder, voor welks bezaaijing ongeveer een schepel korn vereischt wordt. Naar bovengenoemde koppen, onderdeelen van een schepel, draagt deze tiende haren naam; een vierde van derzelver geheel bedrag werd vroeger uitgekeerd ten behoeve van den *persoon* of eersten geestelijke in der tijd te Naarden, en is sedert de Reformatie aan het Domein vervallen en door hetzelfde in 1811 verkocht."

Quae tamen obligatio decimas solvendi privilegium ab antiquo conferebat utendi ligno in sylvis, quod dicebatur: gegoed zyn in den bossche: qua enim quantitate Decimas tales quis

---

Magistro, tum aedituo vel aliis aedis sacrae Ministerialibus solvi soleat. — Vulgo consistit ovibus, lardo caeterisque ejus generis.

1) *Verslag enz. der Gebruikregten op de Heiden en Weiden in Gooiland*, pag. 13.



solveret, eadem etiam ligni quantitate fruebatur; unde nominis *Koptiende* loco nonnunquam *Boschtiende* etiam nuncupabatur. Quam ob rem e contractu innominato, do ut des originem ducere magis videntur Decimae istae, quam e propria fundi concessionem; fortasse quidem ex utroque. Possederat enim quondam, ut alodium terrae tractum illum, *Gooiland* vocatum, WICHMANNUS Comes, qui regionem illam dedit Monasterio Elten, ab eo, filiae LUTGARDIS in gratiam, condito; quod donum confirmatum est ab OTTONE I, A° 968, et postea denuo ab OTTONE III, A° 996 1).

Summa est: *Decimae* cum proprie ita dictae, tum *novalis* aliaeque *praestationes* multae, sive *Decimarum* nomine occurrant, sive ut vocantur *Heeren-Guldens*, *Toparchicae* haberi non possunt, nec ergo recte impugnantur ex nostri Articuli alineâ 2<sup>a</sup>.

---

1) Cf. A. PERK, *Op. laud.* pag. 6.

§. VI.

**DE FUNDO COMMUNI, DE LOCIS INCULTIS,  
DEQUE JURIBUS, QUAE CIRCA EA  
TOPARCHIS COMPETUNT.**

Verbo attingere jus dominii fundorum communium et Wastinarum, et jura, quae ex eo profluunt, non abs re mihi videtur, cum in censum venire possit jus illud quod ad eiusmodi fundorum divisionem, nec parvi momenti existimandum sit in quaestione, cuinam competat jus Novalium percipiendarum decimarum.

Recte sane distinguendae sunt *fundorum sive saltuum communium*, (nobis Gemeene gronden, gemeene weiden, Gemeenten, Meenten) diversae illae species: *Marchae* scil., (nobis Marken, Markgronden, Wahren 1), — *fundi com-*

---

1) Distinguendos esse *fundos communes*, qui occurrere solent in Provincia Brabantia Septentrionali, et *Marchas*, quales maxime inveniuntur in Gelria, Transalania et in Provincia Drenthina, inter alios jam docuit w. c. ACKERSDYCK, in disputatione, cui titulus: *Aammerkingen omtrent de onbebouwe gronden in de Provincie Noord-Braband, byzonder in de Meijerij van 's Hertogenbosch, zoo veel het regt op dezelve betreft*; quae disputatio invenitur in Horreo literario: *De Vriend des Vaderlands* VI, pag. 104: »Hoezeer de onbebouwde gronden of gemeenten (gemeene »gronden) in de Meijerij van 's Bosch, als door de ingezetenen in het gemeen »bruikt wordende, in zoo ver wel eenigzins overeenkomen met elders bekende »Marken en *Marken-genootschappen*, heeft er echter tusschen dezelve een groot on»derscheid plaats. De oorsprong der Marken is vrij onzeker, en schijnt zeer oud, »mogelijk reeds in of vóór de achtste eeuw te zoeken te zijn; — de oorsprong »der zoogenaamde gemeenten in de Meijerij is niet duister en geenszins zoo oud. — »De eigendom der gemeene gronden in de Marken behoort volkomen aan de in»gezetenen of de geërfden in de Marken; — zulks heeft geenszins plaats ten aan»

*munitatis*, nobis Gemeente-gronden proprio sensu, et *Wastinae* sive *loci inculti*, nobis Heiden, Broeklanden, Wildernissen, Moeren, inculte gronden.

Minus recte, ut mihi videtur, a Consult. QUARLES VAN UFFORD, in specimine Academico, nuper belgice conscripto, cui titulus: *Proeve eener Beschouwing over de Gemeente als Burgerlijk Persoon*, Marchae (Marken) bonis Communitatis (Gemeente-goederen) adnumerantur, quamquam dubitanter loquitur auctor; — distinguit scil. honorum Communitatis tres species 1):

»1°. Die door de gemeente als eenheid, met uitsluiting van alle andere worden bezeten, en wier opbrengst aan de Gemeente als één persoon toebehoort.

»zien der Gemeenten in de Meijerij, waar de gezamenlijke ingezetenen der plaatsen, »aan welke de gemeenten zijn uitgegeven, alleen regt tot het gemeen gebruik der »zelven, met uitsluiting van inwoners van andere plaatsen, hebben en uitoefenen.» Cf. omnino quoque RACER, *Over-IJss. Gedenkst.* IV, p. 16 sq. Qui haec de re scripserunt auctores lectu dignissimi, inter alios citantur ab ACKERSDYCK: G. VAN LEEUWEN, *Dissertatio Oeconomico-politico-juridica inauguralis de effectu juris dominii agrorum magis minusve circumscripti in populorum et patriam agriculturum*, Trajecti ad Rhenum publice defensa, A° 1817. J. A. KRIEGER, *Overzicht van hetgeen in het laatst der afgelopen en het begin dezer eeuw, in de onderscheidene Provinciën en landschappen der Vereenigde Nederlanden, opzigtens de ledige en onbebouwd geblevene gemeente-gronden heeft plaats gehad*, gedrukt te 's Bosch bij J. J. ARKESTEIJN. Mr. P. E. DE LA COURT, in een Antwoord op de Prijsvraag door de Maatschappij ter bevordering van den Landbouw uitgeschreven, in 1800 te 's Bosch bij HOFFERS en ARKESTEIJN, afzonderlijk gedrukt. Jhr. A. MARTINI VAN GEEFFEN, *Iets nopens den staat der Ontginningen van onbebouwde gronden in de Provincie Noord-Brabant; in de Bijdragen tot de Natuurkundige Wetenschappen*, Dl. V, No. 4. De *Marcharum antiquitate et incerta origine* eff. BROXTERMAN, *Prijsverhandeling over de Marken*. — A. J. A. H. W. VAN HEECKEREN VAN NETTELHORST, *Spec. Acad. de Universitatibus, quae vulgo Marken-Genootschappen dicuntur*, Trajecti ad Rhenum 1807.

1) Pag. 3 et 4.



2°. De zoodanige, die aan al de leden der gemeente gezamenlijk, of aan een gedeelte van de leden toebehooren.

3°. De zoodanige die tot algemeen gebruik, en ten algemeenen nutte bestemd zijn, de *res communes*, b. v. de markten, pleinen, straten, het stadhuis enz.”

(Onder de tweede soort) »zoude men,” Q. VAN UFFORD in adnotatione, »by ons misschien kunnen rangschikken de marktgronden.” — Jam vero quod ad secundam eam speciem attinet, animadvertendum est, non amplius Communitatis (Gemeente) dici posse bona, quae non ab omnibus, sed ab incolarum parte quadam tantum possideantur. Quam ob rem melius certae cuiusdam societatis dicuntur, revera ut obtinet in fundis, quae *Marchae* vocari solent, quales in Provinciis, jam supra citatis, imprimis occurrunt, diversis nominibus: Marken, Maalschappen, Holtingen, Buurschappen, Wahren aliisque 1); de quibus RAEPSAET 2): »Ces *communaux* ne sont donc pas des biens de la commune, ce ne sont que des biens de canton ou de section d'une commune ou village; aussi les voit-on communément régis par un maître ou syndic particulier, élu par les habitans de la section avec un conseil pris dans le sein du canton, qui en règlent et répartissent les impositions, qu'un collecteur particulier perçoit et qui n'en est comptable qu'à l'assemblée des membres du canton, sans que

---

1) De eorum natura consuli possunt, Clar. C. A. VAN ENSCHUT, *Over de bevoegdheid der Markgenootschappen*; — SCHRASSERT et SCHOMAKER, *Consultatiën*; — RACER, *Over-IJss. Gedenkst.* I Stuk, §§. 2 et 3, alique nonnulli citantur ab ENSCHUT, pag. 4 et passim.

2) *Analyse de l'origine*, etc. Liv. IV, Chap. X, §. 1, Tom. IV, pag. 522.

la municipalité du village ait droit de s'immiscer dans cette administration.

Ce serait donc une erreur de confondre les *communaux* avec les *biens de la commune*; cependant c'est dans cette erreur, que STOCKMANS est tombé; comment se fait-il donc, que surtout dans ce temps, l'on voit ces *communaux* s'aliéner pour les besoins ou l'utilité de la généralité du village, de l'avis et du consentement du conseil communal, sans le consentement des membres de la section à laquelle appartient le domaine utile et du bailleur qui en a le domaine direct? si l'on connaissait l'origine des communaux, on en connaîtrait la nature et par suite les droits qui en dérivent, et ces injustices, ainsi qu'une foule de procès, que l'ignorance de l'histoire de notre législation fait naître, n'auraient pas lieu."

Q. VAN UFFORD ita pergit: »Ieder lid der Gemeente, daartoe gerechtigd, heeft regt op die gronden (Markgronden), hetwelk hij verliest door de gemeente te verlaten." Quod minus accurate duplici respectu:

1°. Non enim ut Communitati adscriptus quis ad eiusmodi Marcham jus habet, sed recte ut privata persona; quod jus aequè bene ipsi competere potest, etiãsi alius Communitatis incola vel membrum: *Marcha* enim dominium est commune ac privatum, quod competit societati certarum personarum, quae recte in diversis locis habitare vel domicilium habere possunt, vel esse diversis Communitatibus adscriptae.

2°. E quibus facile deducitur, aliquem jus suum non amittere, etiãsi loco decedat: est enim *Marcha* imprimis jus reale, fundo cuidam inhaerens, quod tamen nimis longe non

protrahas: pure enim *reale* haberi non potest, mixtumque magis videtur: nam potest quis detractum a fundo jus suum vendere, vendens instrumentum, quod nobis Schaarbrief vocari solet 1).

»Ieder mede-eigenaar kan zijn regt niet vervreemden." Dicere voluisse Q. VAN UFFORD, existimo: »Geen mede-eigenaar kan zijn regt vervreemden." Quod tamen minime verum: recte enim alienare licet, ac quotidie fit.

Deinde: »alleen bij opheffing der Gemeenschap zouden de overblijvende, na betaling der algemeene schulden, de overgeblevene marktgronden onder zich kunnen verdeelen." Verosimiliter voce *Gemeenschap* indicare voluit Q. VAN UFFORD, *Gemeente*, cum de hac sermo sit. Cui tamen sententiae assentiri nequeo, etiamsi concedamus communem fundum, *Marcham* scil., Communitati (Gemeente) titulo pleni dominii competere: quo enim casu, sublata communitate, ejusmodi bonorum, quae possederat Communitas, usus quidem singulis non adimeretur, verum de dominio aliud dicendum foret 2).

---

1) In pago, qui gaudet nomine Gooiland, jura circa prata communia quodammodo differunt a jure communi, magisque conveniunt cum jure particulari Frisiorum, qui non solum libere pascendi privilegium in prato communi fundis adjungere solent, communiter ut obtinet in eiusmodi institutis Saxonice, unde *Marchae* nostrae etiam originem ducere videntur, sed etiam, et maxime quidem, personis. Qua de re consulere licet A. PERK, *Verslag enz. der Gebruikrechten op de Heiden en Weiden in Gooiland*, pag. 5.

2) Longe aliud sane quid constitutum est Lege: *sur l'administration Municipale*, 18 Juillet 1837; (cf. HENRION DE PANSEY, *Du Pouvoir Municipal*, etc. quatrième édit. par FOUCAERT), de qua Clar. THORBECKE, *Over de hervorming van ons Kiesstelsel*, his verbis: »De meest uitgewerkte der my bekende nieuwe Wetgevingen over de oprigting of ontbinding van Gemeenten." Jam vero ex huius legis Tituli I, Art<sup>o</sup>



Verum Marchae vulgo cum non Communitatis (Gemeente) sint, sed a societate certarum personarum possideantur pleni domini jure, jam per se patet, communis domini exstinguendi socios cupidos, si nempe hac de re inter se convenerint, omni tempore Marchas dividere posse; quotidie quod obtinet.

Haec specialiter de *Marchis* Q. VAN UFFORD; eandem sententiam defendit, quod ad bona Communitatis (Gemeente-goederen): »Die van de twee eerste soorten (vid. supra allata divisio) behooren der Gemeente als burgerlyk persoon . . . . .

Het zijn hier dus goederen, die aan de Gemeenschap toebehooren. Als de Gemeente wordt opgeheven, dan blijft het regt, b. v. op een gemeen Weiland toch toebehooren aan die personen, die er regt op hadden, niettegenstaande zij ophouden onderling eene Gemeente uit te maken.” Quae vera quod ad dominium utile, vel potius jus fructuarium superficiei, non vero quod ad dominium directum, ut supra vidimus. Ad quam speciem bonorum Communitatis (Gemeente-goederen) duci potest, ni fallor, pratum illud, e. g. *Daventriense*, Stadsweide vocatum.

Sed nec de his, nec de *Marchis* proprie mihi agendum est; verum in censum veniunt fundi omnibus certi pagi vel plurium pagorum incolis communes, publica scil. pascua, nobis proprio sensu Gemeene land, nec non *Wastinae* ac loci in-

---

5<sup>o</sup> singulis dissolutae cuiusdam Communitatis incolis eorum bonorum, quorum fructus in natura percipiuntur, ususfructus quidem relinquitur, verum dominium rerum immobilium Universitatis ei Communitati cedit, cui adjunguntur dissolutae Communitatis partes. Talem autem adjunctionem semper fieri debere, jam ipsa docet ratio.

*culti*, nobis Heiden, inculte gronden, caet., quorum enim directum dominium et jus arbores plantandi in iis, ceteraque jura aut Toparchae aut Domanium (het Domein) nonnunquam sibi adserunt. Quae controversia etiam, ut jam attuli, magni duci potest momenti, quod ad jus vel Novalium percipiendarum Decimarum vel cuiuslibet alienationis.

Paucis tamen hic statuere de differentiâ *dominium utile* inter et *dominium superficiei* sive *jus fructuarium superficiei*, saepissime quae hac in materie confunduntur, necesse erit. Recte enim distinguendum est *utile dominium*, uti occurrere solet in Emphyteusi, in feudo, in contractu censuali, in fundi concessionibus reali stipulato reditu, a jure fructuario superficiei, non nisi improprie *utili dominio* non raro vocato; quae differentia luce clarius exponitur a Consult. GANDERHEYDEN 1): »Een zonderling misbruik heeft men . . . . . gemaakt van de bewoordingen *Dominium* directum et utile, welke bewoordingen in zeer verschillende, en verre uit elkander loopende betrekkingen ten aanzien van het eigendomsregt gebezigd worden, of wel, men heeft de benaming *Dominium utile*, welke onder anderen in de *erspacht*, de *leenbetrekking*, de *cynscontracten* en *uitgiften op grondrenten* toepassing vinden, geheel ten onregte in *gelijken zin* toegepast op de *superficies* of het regt tot oppervlakkig gebruik; en men is zoo doende, door valsche praemis-

---

1) Vertoog betrekkelijk de uitgiften van Gemeentens (gemeene gronden) en Heidegronden in Noord-Brabant, pag. 48, sqq.

Monendum videtur, nomina Gemeenten, Meenten, promiscue usurpari solere de variis fundis Universitatis, sive in communi possessis; ita v. c. et ipsa *Marcha* non raro de Meent vocatur in Gelria et Transisalaniam. Hoc esse quod in errorem duxerit Consult. QUARLES VAN UFFORD, omnino suspicor.

sen 1), tot de geheel erroneuse conclusie vervallen, dat, even zoo als bij *eeuwigdurende erfpacht, cijnscontracten, en contracten constitutif van grondrenten*, het *dominium directum* van den vererfpachter, cijnsbeurder, en grondrent-helfer, in het *dominium utile* van den erfpachter, den cijns-pligtigen, en grondrente-schuldigen is opgelost, en de *dominus utilis* na de mobilisatie en het vermogen tot afkoop van alle die prestatien, alléén en uitsluitend eigenaar van de daarmede bezwaarde gronden is geworden, zonder dat de voormalige *dominus directus* eenig gedeelte van zyn oud eigendomsregt heeft overgehouden, zoo ook de *dominus directus* tegen over den *superficiarius* alle eigendomsregten heeft verloren . . . . .

Maar gevoelt men dan niet, welk een tastbaar onderscheid er bestaat tusschen de eeuwigdurende erfpacht, het cijns- en grondrente-contract, waarbij alle *utile eigendomsregten* op den erfpachter, den cijns- of rentpligtigen overgaan, onder verpligting alleen om de canons der erfpacht, de cijns en de rente te betalen, zoodat alleen het *oudeigen* (door HUGO GROTIUS te regt bij een *oud-Burgemeesterschap* vergeleken) overblijft bij den *dominus directus*, en het regt van *superficieel gebruik* alléén tot weiden, plaggen of heischalen-steken en dergelijke, hetwelk aan de ingezetenen van dorpen of gehuchten op de Gemeentegronden toekwam, terwijl alle andere regten van nuttigen eigendom (onverminderd het regt tot *superficies*), bij den grondeigenaar, (zoo men wil) bij den *dominus directus* verbleven?

---

1) Quae falsa praemissa, teste GANDERHEYDEN, innituntur Decreto celebri d. 4 Aug. A<sup>i</sup> 1789; certa lege d. 1. Dec. A<sup>i</sup> 1790; fide TROPLONG, *Traité de Louage*, et MERLIN, *Questions de droit*, voce *Emphytéose*, § 5; denique sententia quadam Curiae Cassationis d. 5 Oct. 1800.



Gevoelt men niet, dat ten aanzien van het regt van grondeigendom der Gemeenten, welke tot *superficieel gebruik alleen* zijn uitgegeven, aan geen' afkoop of aflossing, zoo als ten aanzien van eeuwigdurende erfpachten, cijnsen en renten kan gedacht worden, en dat mitsdien de wetgeving en de jurisprudentie, ten aanzien van deze laatsten geheel buiten toepassing moeten blijven met betrekking tot eigendomsregten, welke (onverminderd het regt van den *Superficiarius*), ten volle, en ongekrenkt bestaan en door het *superficieel gebruik alléén*, worden beperkt?"

Ita quoque RAEPSAET 1): » . . . . . le Seigneur est le propriétaire du Communal et les Sectionnaires n'en sont que de simples usagers, sans même en être, ni les usufruitiers, ni les emphytéotes; de sorte que leur *dominium utile* (si l'on veut donner cette qualité à leur droit de jouissance) ne porte que sur la quotité ou surface nécessaire à leurs besoins et que le Seigneur conserve sa *directe* sur cette portion; mais qu'il est *dominus pleno jure* et propriétaire de l'excédant."

Jus ergo, quod minus accurate *utile dominium* vocatur, *Communitatum* sive pagorum incolis competens ad fundos communes non est, nisi utilis domini exigua pars; quod bene tenendum, ne longe aberremus in dijudicando fundorum communium ac Wastinarum dominio. Eorum scilicet fundorum dominium aut Republicae (Staat) est, aut certi Toparchae: si enim ipsis *Communitatibus* competeret, fundi illi non *communes* (gemeene), sed *Communitatis* (gemeente) evaderent; si vero cuidam societati, verae *Marchae*.

1) *Analyse*, Livr. IV, Chap. X, §. 1, Tom. IV, pag. 526.

Nemo certe contendet, Toparchis qua talibus fundorum communium vel sterilium dominium competere, qui Jurisdictioni subiaceant: quod enim si verum, fundi dominium ex Jurisdictione proflueret, necesse esset.

Omnino distinguendae mihi videntur Toparchiae alodiales a Toparchiis, a Principe vel in feudum datis vel venditis: »quam ob rem unâ definitione expediri non potest; cum varia sit huiusmodi rerum natura, conditio, usus atque possessio,» ut habet STOCKMANS 1).

Inter res Universitatis, secundum STOCKMANS numerari debent communia pascua, prata et sylvae publicae, quae intra fines alicuius pagi consistunt, et ab antiquo incolis in commune patuerunt ad pascendum vel ad caedendum ligna 2).

Dominium harum rerum, uti et publicarum jure Romano nullius erat, atque adeo nec commercium admittebat vel aestimationem 3). Sed hodie creditur penes Principem vel Rempubicam (van den Staat) esse fere omnia ea, quae jure Romano nullius essent 4).

Quae valeant quidem, quod attinet ad Toparchias, a Principe in feudum datas vel venditas; — in quibus ergo Reipublicae competit communium saltuum ac Wastinarum directum dominium, nisi una vendiderit Princeps; incolis vero jus fructuarium superficiei, postea quidem quod nonnun-

---

1) Dec. LXXXVII.

2) Cf. etiam l. *in tantum*, §. Universitatis D. *de rerum divisione*.

3) Cf. l. 9 §. ult. D. *de rerum divisione*, l. 6 in princ. D. *de contrahenda emt.*

4) Cf. STOCKMANS, *loc. cit.*, Burg. Wetb., Artt. 576 sqq.

quam in perpetuam *emphyteusin* conversum est, maxime per Chartas et Libertates (Keuren en Vryheden, Stad- en Landregten 1).

Non autem vera existimanda sunt 2), quod ad Toparchias ab antiquo alodiales; in quibus communium saltuum dominium directum ipsis competit Toparchis, ut etiam plenum dominium fundorum incultorum sive Wastinarum; quod probant Toparchiae Heeze et Leende et Loon op Zand in Brabantia septentrionali 3), et Almelo et Friesenveen in Transisalaniam 4); quodque locum habere oportet ceteris in Toparchiis ab antiquo alodialibus in qualibet Provincia 5); quales Toparchiae alodiales nonnullae inveniuntur imprimis in Gelria et Transisalaniam.

Argumentum copiosum pro natura patrimoniali fundorum communium ac Wastinarum in Toparchiis alodialibus praebet HENRICI III, Brabantiae Ducis testamentum A<sup>i</sup> 1260, quod invenitur apud MIRAEUM 6), in quo agnoscit HENRICUS, se usurpa-

---

1) Cf. RAEPSAET, *Op. cit.* Livr. IV, Chap. X, Tom. IV, pag. 521 et Livr. V, Chap. I, passim.

2) »STOCKMANS,» ita RAEPSAET, *l. l.* pag. 527: »a fait une distinction non seulement arbitraire, mais erronée, dans ses arrêts entre les pâtures, prez et bois »enclavés dans les limites d'un village, et les Vasta et Wastines en classant ceux-ci dans la catégorie des *res universitatis* et ceux-ci dans celle des *res nullius* et les adjugeant au prince.» Porro vid. STOCKMANNI et BOUHERI *refutatio* apud RAEPSAET, *l. l.* Chap. X, passim.

3) Cf. GANDERHEYDEN, *Pleitrede*, jam ante memor. pag. 24.

4) Cf. RACER, *Over-IJss. Gedenkst.* IV<sup>de</sup> Stuk, pag. 16 sq.

5) Cf. RAEPSAET, *Op. laud.* *ibid.* passim, FLETA, Lib. IV, Cap. 20, N<sup>o</sup>. 5, DU CANGE, voce *Appruare*, aliique multi citati a RAEPSAET, *l. l.*

6) *Op. laud.* Tom. I, pag. 207.



visse Wastinas et pascua communia, et testamenti executores ea restituere jubet 1).

Qui igitur contenderit, *Toparchicum* esse jus dominii directi in fundum quendam communem, quando cuidam competat Domino alodialis Toparchiae, non facile erit audiendus; quae de re RAEPSAET imprimis consulat, ut ad veram rectamque rei intelligentiam ducatur 2).

Potest moveri quaestio: 1<sup>o</sup>. an sit *Toparchicum* jus dominii directi in fundo communi, quando competat Domino Toparchiae cuiusdam, ante A<sup>m</sup> 1798 feudalis; — 2<sup>o</sup>. an *Toparchicum* sit jus, arbores plantandi in pascuis publicis, quorum directum dominium est apud Principem vel Rempublicam.

Ad 1<sup>um</sup>. Non *Toparchicum* esse jus dominii directi in fundo communi jam profluit ex eo, quod supra statuimus, funderum communium scilicet dominium Toparchis minime competere *per se*; si ergo in feudali Toparchia dominium illud Toparchae competit, separatim in feudum concessum fuerit necesse est,

---

1) Praeterea apud WARRKÖNIG, (*Flandr. Staats- u. Rechtsgeschichte*, II, 2 Abth. *Urkundenbuch des Gallicanischen Flandrens*) instrumentum citatum invenimus A<sup>i</sup> 1241, quo urbi Duaco (Douay) prata ac Wastinas suas (Weiden und Moorgegenden) cedunt THOMAS, Comes Flandriae et JOHANNA Comitissa.

Longe diversae tamen sententiae addictus est VAN HEURN, *Historie der Stad en Meyerye van 's Hertogenbosch*, enz. Dl. I, pag. 122 in annotatione, cuius vero argumentationem solummodo de iis fundis communibus ac Wastinis, quae facta privatorum non sunt, accipiendam teneo. Nec non ACKERSDYCK in disputatione jam supra citata, in nota pag. 109, sq.: »En alzoo hebben de Hertogen van Brabant »over de onbebouwde, nog niet aanvaarde gronden in de Meijerij van 's Hertogenbosch, gelijk mede de grondheeren in hunne Heerlijkheden in die landstreek gelegen, »willekeurig beschikt.»

2) *Op. laud.* Liv. IV, Chap. X §. 1, *des Communaux.*

nec haberi potest, nisi fundi pleni domini pars a Principe concessa.

Ad 2<sup>um</sup>. »Apud nos," ita STOCKMANS 1), »talium Dominiorum venditio non tantum jurisdictionem complectitur, sed utilitatem omnem, quam Princeps ex rebus publicis et communibus possit percipere: unde in litteris venditionis exprimi solet, quod veneat, una cum jurisdictione, plantandi jus et locorum sterilitium et desertorum omnis utilitas."

Distinguuntur igitur *Jurisdictio* et *Utilitas*, quam Princeps ex rebus publicis et communibus possit percipere; quae utilitatis perceptio ex fundi dominio potius quam ex publica auctoritate profluere apparet. Quod etiam probatur ex eo, quod expresse in litteris venditionis exprimi soleat, supervacaneum quod sane esset, si ex ipsa Jurisdictione directe proflueret. Insuper, fundi domini major pars hinc apud Principem remansisse videtur, cum non nisi de utilitate concessa sermo sit.

Majorem tamen difficultatem primo aspectu affert STOCKMANNI Dec. CXXIV, 6: »Quod vero dictum Seniores habere exercitium omnis jurisdictionis, eo quoque pertinet, ut de viis publicis et locis communibus solus statuatur, veluti plantando, seu arbores serendo, concedendo sub recognitione annui census partem superficiem, transigendo super censuum solutione, atque ut ea omnia expediat, quae bonum patrem familias agere procurare convenit."

Quidquid est, utrum STOCKMANS parum sibi constituisse dicendus sit nec ne, cum lignandi jus, arbores plantare et caedere in iisdem locis Communitates (*Gemeenten*) quoque longo

---

1) Dec. LXXXVII, 6.

usu acquirere posse, ipse STOCKMANS affirmet, *Dec. LXXXVII, 6*, difficile jus illud ex jurisdictione profluere defendas.

A pascuis communibus sine dubio quodammodo differunt loca sterilia, vasti et inculti campi, a nullo possessi, nec red-acti in formam pratorum ad communem usum, *Wastinae, Wariscampia*, nobis Heiden, moeren, inculte gronden; gallice: vains pâturages, terres hermes. »Hae vastitates,” ita STOCKMANS 1), »a nullo umquam occupatae, neque publicae sunt neque universitatis; sed prorsus res nullius, quae secundum mores nostros ad Dominium Principis pertinent, et solent in venditionibus Dominorum exprimi et una cum jurisdictione transcribi in novos dominos.”

In venditionibus igitur *exprimi solent et una cum jurisdictione transcribuntur*; ergo eorum dominium ex ipsa jurisdictione non profluit; ergo jus illud proprie *Toparchicum* haberi non potest. Nec tamen semper eorum dominium ex Domanio Principis existimandum est: distinguendum enim mihi videtur, ut quoque ipse STOCKMANS distinguit in eadem jam citata *Dec. § 7*: »Saepius apud nos judicatum huiusmodi vastas et incultas solitudines ad sacrum Patrimonium, seu, ut vocamus, Domanium Principis pertinere, et ab eo privatis vendi et sub censu assignari posse, nisi aut titulus in contrarium proferatur, aut huiusmodi possessio immemorialis, quae vim tituli habeat.” Quod revera locum habere in Toparchiis Heeze et Leende, Loon op Zand, Almelo et Friesenveen, et in aliis Toparchiis ab antiquo alodialibus obtinere posse, supra jam monuimus.

1) *Dec. LXXXIX, 2.*



Ergo in Toparchiis ab antiquo alodialibus dominium Wastinarum profluere non potest ex Jurisdictione, quae olim in feudum data sit, necesse est. Quid? in Toparchiis ab antiquo alodialibus ea jura ex pleno fundi dominio profluere, i. e. titulo *juris domini* possiderentur, nec vero in feudalibus! in his nempe ex jurisdictione profluere, i. e. titulo jurisdictionis delegatae possiderentur!

Quid, si praeter nudam jurisdictionem et ipse fundus in feudum datus sit, vel concessus vel venditus; num fundi dominium vel utile vel plenum ex jurisdictionis delegatione profluens existimandum erit? Minime vero, ut mihi videtur; penes Principem scilicet, qui in feudum dedit, vendidit, rei infeudatae vel venditae plenum erat dominium. Principis ergo erat sine ulla controversia, alienare *aut* nudam Jurisdictionem, *aut* Jurisdictionem cum fundi dominio *vel* utili *vel* pleno, vel etiam cum domini utilitate quadam tantum; quod fecisse existimandum mihi videtur Princeps, cum alienaverit jus plantandi arbores in communibus pascuis, vel dominium locorum sterilium sive Wastinarum.

Denique animadvertendum est, in nonnullis Marchis, fundis videlicet personarum certarum societati titulo pleni domini competentibus, multisque in locis incultis sive Wariscampiis, usum vigere, ut incolae proximi in allatos fundos pascenda ducant armenta gregesque; quod si obtinet in *Marchis*, ad *culturam redactis*, nobis Stoppelweide, Gallice: vaine pâture; si vero in *Wastinis*, nobis Overal, Koeyengang, Klaauwengang, Paalburen-regt, Gallice: parcours, vocari solet.

Num haec jura *servitutes praediorum rusticorum* constituunt, an vero *usus vel consuetudines* ex indulgentia oriunda? h. e.

num haec recte obstare possunt eiusmodi fundorum divisioni ac seclusioni, nobis *afsluiting, bevreding*, an non? Non videtur, secundum Clar. VAN ENSCHUT, *Op. laud.* hac de re lectu dignissimum. Est tamen sub iudice lis, vehementissimaeque controversiae ac lites hac de re oriri solent.

Haec autem jura usus ac pabulationis in pratis Wastinisque, et ligni caedendi ac ligni mortui, aliaque cetera facillime jam mittimus, cum anti-Toparchica potius habenda sint: civibus enim, non Toparchis unice prosunt. Haec vero quaestionis conclusio:

Distinguendi sunt *fundi Communitatis*, Gemeente-gronden, proprio sensu, *Marchae*, Marken, et *Wastinae*, Heiden, inculte gronden, proprio sensu: *fundi communes*, gemeene gronden.

Fundorum communium et Wastinarum dominium *vel* Reipublicae est, *vel* Toparcharum.

Jus illud dominii minime *Toparchicum* est habendum. Nec jus arbores plantandi, nec cetera utilitatis vel superficiei jura Toparchis non raro competentia in fundis communibus et Wastinis, *Toparchica* haberi possunt.

E quibus facile deducitur:

- 1°. Ejusmodi jura non impugnari ex ainea 2<sup>a</sup> Articuli nostri.
- 2°. *Vel* Reipublicae, Domanio videlicet, *vel* Toparchis jus recte competere, siquidem eiusmodi fundorum culturae adsentiantur 1), percipiendi decimas novales aliosque ceteros redditus, nec non sibi retinendi jura ad libitum.

---

1) Cf. DU CANGE, voce *Appruare*, RAEPSAET, l. l. pag. 525.

§ VII.

**DE FLUMINUM VIARUMQUE DOMINIO  
ET QUAE EX EO JURA PROFLUUNT.**

Etiamsi fluminum majorum aquarumque navigabilium dominium ex jure Publico Civitati competere dicendum sit, hoc tamen exceptionem patitur quod ad jura, de quibus titulus contrarium doceat. Jam vero, quod ad flumina attinet minora aquarumque decursus, haec ab antiquissimis privati domini objecta erant, quod probant Chartae innumerac, quarum nonnullas in hacce disputatione hic illic citavi.

Quod enuntiavimus principium, tacite confirmatur Edicto d. 14 Febr. A<sup>i</sup> 1540 1), quo CAROLUS V Scaldim et Lysam Regalia sua nuncupat. Jam vero qui de uno dicit, de altero negare habendus est: si enim omnia ipsi competitivissent in Flandria flumina, Scaldim et Lysam explicite memorare sane non necesse erat; an revera tamen Regalia fuerint et ista flumina, jam mittimus; negat RAEPSAET 2). Negari sane non potest, fuisse scriptores, qui e jurisdictione parum idonee ad fluminum dominium concludant.

Feudale enim Regimen et subinde Toparchiae demum natae sunt Saeculo X exeunte; contra vero inde a Saeculo VI fundi domini formulae hae inveniuntur: »cum agris cultis et incultis, silvis, pratis, aquis aquarumque decursibus; vel: rivis, fontibus, aquis perennibus, liminibus limitibusque; vel: fontibus

1) Placc. v. Vlaanderen, Liv. I, fol. 664.

2) *Op. laud. cit. loc.*, Tom. IV, pag. 553.



*rivis, aqua perenni 1)*, ut supra §§. IV et V, exposui; deinde in Charta quadam A<sup>i</sup> 889 2), (ergo centum annis ante stabilitum feudale Regimen et natas Toparchias) donationem memorante, fundi ita designantur: »Quidquid ad easdem hobas et mansa, *jure legitimeque pertinere videtur; cum curtilibus et aedificiis mancipiis, campis, agris, pascuis, pratis, sylvis, aquis, aquarumque decursibus, viis et inviis, accessibus et egressibus, quaesitis, inquisitis, cultis et incultis, cum universis appenditiis et adjacentiis finibus ad praefatas hobas juste adspicientibus.*»

Tunc temporis sane Jurisdictionem nondum nacti erant fundi Domini; quod si verum, quare e Jurisdictione repetatur rei origo, dum in promptu est illorum jurum vera causa? — Hodie quoque fluminum rivorumque privatum dominium agnoscunt et aliae aliorum populorum leges, et Codex noster Civilis Art<sup>o</sup> 646.

Magis intricata quodammodo Viarum materies.

Fert meum propositum Viarum permultas species in duas potissimum classes dividere:

1<sup>o</sup>. In censum veniunt *Viae majores*, olim nobis Heirwegen, Graece *βασίλειαι* s. *βασίλικαι*, apud Romanos vocatae *viae Regiae, Praetoriae, Consulares et Militares* 3).

2<sup>o</sup>. In minoribus computare licet *Vias vicinales*, nobis buurtwegen, binnenwegen, molenwegen, — *vias parociales*, nobis Parochie sive Kerkwegen, — *itinerata*, nobis voetpaden, — *actus*, nobis dreven, quibus accedunt

1) Cf. SPANGENBERG, pag. 197, 213, 245, 275, 283, et GRIMM, *Deutsche Rechtsalterthümer*, pag. 43.

2) Cf. MIRAEI Tom. I, pag. 34, nec non pag. 239 et 254.

3) Nobis hodie: *Groote wegen van de eerste en tweede klasse.*

*viae necessariae*, nobis noodwegen. Quas tamen cum saepius non publici sed privati usus esse constet, dicere de his profecto supervacaneum erit.

*Viae majores*, Gallice: *Grands chemins*, affirmante LOYSEAU 1), nullius sunt, quia usus publicus; quae sine dubio mala consequentia: »mais (ait MERLIN) 2) c'est précisément parce que l'usage en est commun à tous, que la propriété doit en appartenir à l'Etat;» quam aequè malam consequentiam existimo: non enim usus publici causa Reipublicae duci possunt viae majores: nam ea tantum conditione Reipublicae competunt, si ab antiquo *viae Regiae* nobis Heirwegen, habentur, vel sumtibus publicis exstructae sunt in fundis publicis, vel ad viam construendam emtis; minime vero omnes viae majores nullis exceptis, Reipublicae habendae sunt jure Majestatico (per se jam patet, me de fundi tantum dominio, non vero de usu loqui, qui publicus absque ullo dubio) 3), quod principium quoque agnoscitur Codice nostro Civili, Art. 577: ».....behooren aan den Staat de wegen en straten, welke te zynen laste zyn.» Quodsi in publico dominio fuerunt apud Romanos *Viae Regiae, Praetoriae, Consulares* atque *Militares*, hoc iisdem ipsis nitebatur principiis: nimirum constructae erant publicis sumtibus, in fundis ad id a Republica acquisitis: »Il se conçoit donc sans peine,» ita hac de re RAEPSAET 4),

---

1) *Traité des Seigneuries*, Chap. 6.

2) Voce *Chemin* (grand).

3) Viarum Majorum administratio aut ipsi Reipublicae incumbit, aut Ordinibus Provinciarum; cf. Decretum d. 13 Martii 1821, *Omtrent de verdeeling der Grootte wegen*, enz., Artt. 3 et 4.

4) *Op. laud.* loc. cit. pag. 541.

»qu'il n'est pas permis, quant à la propriété du sol, d'argumenter de ces voies romaines à nos grands chemins de ville à ville, aussi longtemps qu'il n'est pas prouvé que nos grands chemins ont été construits aux frais du trésor royal."

Jam vero quod ad vias minores attinet, harum fundi dominium vulgo competit vel Toparchae cuidam aliive privato, vel pluribus in communi, vel Communitatibus (Gemeenten), vel Provinciis: si enim via quaedam constructa est a gubernatione Provinciali, sumtibus Provincialibus, in fundis ad id emtis, vel ex lege acquisitis, nullum potest moveri dubium, quin Provinciae sit eius viae fundi dominium: nec non eadem valet argumentatio, si via quaedam exstructa est a Municipio, licet vocata sit via ista aut *Vicinalis*, aut *Paroecialis*, aut *Nundinaria* (Marktweg), aut *ad molendinam* (Molenweg), aut quomodocunque.

Si constructa est via communibus sumtibus e collatione fundorum privatorum, luce clarius est, ipsis privatis viae esse dominium pro rata parte fundi pecuniaeque collatae. Sin incerta viae origo lapsu temporis, nec probari possit, a quonam exstructa sit, fundi dominium eius praesumendum est, cuius per fundos via extendatur, pro ea saltem parte; unde cum in Toparchis olim pleni domini titulo Toparchis competierint fundi universi, qui priscam villam effecerant, ei prae caeteris adjudicetur viae fundi dominium, necesse est in casu eiusmodi incertae conditionis, i. e. si nec titulus contrarius, nec praescriptio obstat; qua de re diserte RAEPSAET 1): »n'est-il pas raisonnable, disons même, n'est-il pas sûr, que les pro-

1) *Op. laud.* cit. loc. pag. 535.



priétaires de ces anciennes *villae*, au fur et à mesure qu'ils ont su attirer des colons dans leurs vastes bruyères, ont dû commencer à ouvrir à chaque métairie des débouchés et des chemins de communication pour l'écoulement de leurs denrées, soit vers les entours du château, où se trouvait la population, soit vers les *villae* voisines, soit vers les chemins qui conduisaient à des villes? qu'ensuite, après qu'ils eurent pourvu leurs nouveaux colons d'une église, laquelle dans ces temps était toujours *patrimoniale*, puisqu'elle était bâtie par le propriétaire de la *villa*, ils auront construit un chemin commun à chaque arrondissement de leurs nouvelles métairies, pour arriver à cette église ou paroisse, au chemin de la ville ou à un ponton, qu'on appelle encore *Kerk-weg*, *Prochie-weg* et *pont-weg* de chaque village? que tout en pourvoyant ainsi aux besoins des nouvelles métairies en général, chaque métairie en particulier, a dû se frayer des chemins vicinaux vers les champs, les bois, les étangs, les prés et les prairies composant son exploitation? n'est-ce pas ainsi qu'on organise encore les colonies d'au-delà les mers et nos propres bruyères?

Or, tous ces chemins ont été ouverts sur les fonds du propriétaire de ces *villae*, présentement le *seigneur de la seigneurie*; à quel autre donc la propriété du sol de ces chemins pourrait-elle appartenir qu'au seigneur comme ancien propriétaire de la *villa*, dans laquelle ces chemins ont été ouverts?

L'état présent nous révèle encore cette origine.

Car ces vastes bruyères comprenaient aussi des *enclaves*, qui ne sont autre chose que des portions de la propriété ou masse de la *villa* d'un autre propriétaire; or, quel est celui qui ignore que le seigneur du village ne peut planter ni

exercer aucun acte de propriété sur la partie du chemin qui traverse une enclave?" — Et apud MERLIN (M. H. . . . .) 1): »Maitres d'une étendue de terrains considérables, les Seigneurs multiplièrent les chemins pour la commodité de leurs vassaux, pour faciliter les communications avec les voisins, et pour introduire le commerce dans les villages qui se formaient.

C'est ainsi que, dans le principe, les chemins faisaient partie du domaine des seigneurs, et en ont été démembrés pour l'usage du public; mais cette destination n'a rien fait perdre aux seigneurs de leur propriété, ils l'ont toujours conservée."

Quas ob rationes rejiciendam existimo sententiam Jureconsultorum STOCKMANS et LOYSEAU, qui argumentati sunt ex Jurisdictione ad fundi dominium, perinde ac si negari posset vias multo antiquiores esse Toparchiis.

Verum non solum STOCKMANS et LOYSEAU, sed alii multi eandem theoriam propugnare conati sunt; quod fecisse docemur a MERLIN 2), inter alios FRÉMINVILLE, *Pratique des terriers*; deinde Auctorem *Codicis des Seigneurs, hauts-justiciers*, et BOURJON, *Droit commun de la France*; denique ipsum M. H. . . . . apud MERLIN his verbis: »La jurisprudence achève de confirmer les droits des Seigneurs hauts-justiciers." Attamen luce clarius est secundum supra allata principia, revera nullius esse ponderis hac in re Jurisdictionis hanc illamve competentiam, cum vulgo directe ex prisco villae fundi universi dominio pleno profluat viarum dominium Toparchae competens, minime vero gentium ex Jurisdictione.

1) Voce: *Chemin public*.

2) *Ibidem*.

Nec quidem necesse est, distinguantur Toparchiae Alodiales a Feudalibus: nam hoc casu, (quod ad feudales scil.), viarum fundi dominium, quod olim apud feudi Dominum vel Principem, Toparchae instar, erat, transiisse habendum est in manum emtoris vel feudatarii, ipsâ Toparchiae emtione venditione vel in feudum concessione.

Jam vero cum bene constet, Toparchis competere domini titulo in suis Toparchiis *cum* flumina aquarumque decursus, *tum* vias quaslibet, nisi contrarium doceat vel titulus vel praescriptio, deducendum ipsa ratio docet:

I. Quod ad flumina attinet aquarumque decursus:

1°. Toparchis unice competere jus utendi fruendi aquarum decursu, nimirum ad molendinas officinasque cuiuscunque generis aquae decursu impulsas exstruendas, salvo jure Politiae sive supremae inspectionis 1); quam ob causam tolerare minime coactus est, alios aquae decursu frui intra suae Toparchiae fines; quod jus nec *bannum* proprie efficit, nec adsimilandum apparet *Venti juri*, cum hoc non ex Venti sive aëris dominio, ut infra videbimus, illud autem directe ex aquae dominio profluat.

2°. Toparchis unice competere jus trajectuum instituendorum aut concedendorum, et imponendarum aut vectoriorum aut quae dicuntur recognitionum, nec non imponendorum pon-

---

1) Loquimur hic imprimis de *fluminibus minoribus et rivis*; quod autem attinet ad majora illa, quae Reipublicae adscribuntur; cf. *Wet, houdende bepalingen omtrent een algemeen rivier- of waterregt over de rivieren en stroomen, gearresteerd den 24<sup>sten</sup> Febr. 1806*; — VAN HAMELSVELD, *Ned. Pand.*, III dl. p. 116 sq.; cf. etiam Consult. G. DE VRIES AZ. *De Wetgevende magt der Plaatselyke Besturen naar Art. 153 der Grondwet*, pag. 160 sqq.



taticorum, si adsunt pontes trajectuum loco, salvâ sane approbatione regia.

3°. Toparchis, in aquis suis emissaria (sluizen) possidentibus ubi necessaria, unice competere jus vectigalis imponendi pro transitu 1).

4°. Toparchis unice competere jus limi sabulique extrahendi e dictis fluminibus.

5°. Denique Toparchis unice competere jus piscandi in iis. Quod adeo verum est, ut paucis quibusdam Toparchis in nostra Patria piscandi jus competat in fluminibus istis majoribus, quae caeterum Reipublicae sunt; praeterea, quod principium quoque agnoscitur Codice nostro civili, Art. 577, ubi legimus: »..... behooren aan den Staat..... de bevaarbare en vlotbare stroomen en rivieren..... onverminderd de door titel of bezit verkregen regten van bijzondere personen of Gemeenschappen.”

Ita quoque haec verba intellexit Ampl. VAN ASCH VAN WYCK, quum de hoc articulo deliberabatur, laudans: »den vrijgevingen en onbekrompen zin der regering, zichtbaar zoowel in de *bewoordingen* als in den *geest der wet*,” contrarium reprehendens principium in Codice Napoleontis obvium, »welke de strekking had om de uitgebreidste beteekenis aan de aanspraak der *Domeinen* te geven, doch de naauwste beperking aan de op titels of praescriptie gegronde regten van *bijzondere personen* 2).” A quibus tamen dissentit Consult. W. C. D. OLIVIER 3), Amplis-

1) Conferatur jam saepius laud. Bericht van Vrouwe van RECHTEREN ALMELO, pag. 30 sqq.

2) Cf. VOORDUIN, *Geschied. en Beg. der Ned. Wetg.* III, 342.

3) *Proesse over de beperkingen van den Eigendom door het Politie-regt*, Leijden 1847, pag. 210.

simum VAN ASCH VAN WYCK oppugnans his verbis: »De spreker had evenwel èn uit de bewoordingen èn uit den geest der Fransche Wetgeving kunnen zien, dat men in den Code niet had willen bekrachtigen den voorrang van het Staatsdomein op den bijzonderen eigendom, maar dat men aan het publiek gezag opdroeg, ten gemeenen nutte te beheeren, *wat uit den aard der zaak, onvatbaar was voor bijzonderen eigendom.*” Interea dilucida legis verba aliter e medio tollere non potest auctor, quam nuncupando ea *infaustam appendicem.*

Verum fluminum dominium respectu utilitatis publicae et commerciorum, qua ratione Domanii publici est (Domaine Public) 1), sine ullo dubio distinguendum ab omni caetero fluminum utili dominio, cui nihil obstat, quin recte privati domini objecta esse possint, quatenus huius domini juris exercitium non noceat bono publico. Eadem fere argumentatio valet de viis: Viae majores Reipublicae sunt, prout privatorum non sint: »behooren aan den Staat de wegen en straten, *welke te zynen laste zyn 2).*” Quod tamen de fundi utili dominio tantum accipiendum est, quatenus ejus domini exercitium publicae utilitati nocivum esse non possit; de via autem intellectuali hic sermo non est: haec enim per se Reipublicae est, sine exceptione, uti res Domanii Publici. Caeterum vero viae materiale dominium est cuiuslibet jus habentis, i. e. aut Reipublicae, aut privatorum 3). Jam vero si in eodem Articulo

1) Cf. OLIVIER, *Op. laud.* loc. cit. in adnot.

2) Vid. Cod. Civ. Art. 577; conf. etiam *Edictum* d. 13 Martii 1821, N<sup>o</sup>. 74, *omtrent de verdeeling der Grooten wegen*, caet. Art. 5.

3) Interea et Consult. DIEPHUIS hunc articulum non ita intellexisse, apparet ex interpretatione, data in opere, cui titulus: *Het Nederlandsch Burg. Regt naar de*

(577) verba: »behooren aan den Staat,» interpretari posses cum de utili dominio, nimirum circa vias, tum de eo dominio, quod ad rei intellectum attinet, nimirum circa flumina navigabilia, Consultissimo OLIVIER libenter assentirer, infaustam esse appendicem, quippe articuli verum sensum obscurantem; quae tamen si vera sunt, liceat mihi obscurissimum quoque vocare totum articulum, cum eadem verba duplici sensu intelligenda forent. Sed articulum non ita interpretandum esse, omnino teneo.

II. Quod ad vias attinet:

1°. Toparchis unice competere jus arbores plantandi in viis, easque caedendi quae adsunt, si nemo ad id jus se habere titulo probare possit.

2°. Toparchas per se partem efficere debere Hydrarchiarum (Polderbesturen), quibus inter alia viarum minorum cura (opzigt, schouw) saepius quoque mandata est 1).

Circa jus instituendi telonea vel pedagia pro transitu in viis, idem valere mihi videtur principium, quod pro fluminum transitu aut ponte aut trajectu, nisi forsan, sumtibus aliorum si refici soleat via, his aut pro parte aut pro toto, jus illud competat.

---

*volgorde van het Burg. Wetb. III, N°. 82, his verbis: »Men zou hier echter kunnen vragen, hoe bijzondere personen of gemeenschappen door bezit regten kunnen verkrijgen op de hier genoemde zaken, die als zoodanig aan den Staat toebehooren, en dien ten gevolge, gelijk wij vroeger hebben niteengezet, buiten den handel zijn; hoedanige zaken, volgens art. 593<sup>a</sup> B. W., geen voorwerp van bezit kunnen opleveren. Het antwoord hierop moet, mijns inziens, zijn, dat bijzondere personen of gemeenschappen regten daarop kunnen verkregen hebben door bezit, vóórdat de genoemde zaken aan den Staat hebben toebehoord. Dit kan gemakkelijk het geval zijn met wegen, straten,» caet. A qua tamen explicatione dissentire mihi liceat ob plures rationes.*

1) Cf. Partis I<sup>ae</sup> §. II. »Openbare Betrekkingen.»



Quid si thesaurus inveniatur in via fundi dominii titulo Toparchae competente? Num inventus considerabitur e viae propria destinatione, i. e. in solo publico, an vero in fundo Toparchae proprio? Hac de re ita M. H. . . . apud MERLIN 1): »C'est ainsi que, dans le principe, les chemins faisaient partie du domaine des seigneurs, et en ont été démembrés pour l'usage du public; mais cette destination n'a rien fait perdre aux seigneurs de leur propriété, ils l'ont toujours conservée: aussi voyons-nous que, pour marque de cette propriété, ils partagent par moitié avec l'inventeur le trésor trouvé dans le chemin, tandis qu'ils n'ont qu'un tiers lorsque la découverte a été faite sur des héritages dont ils n'ont pas la propriété 2).»

Quae vera theoria apparet: solum enim viae characterem, publicum scilicet, tantum accepisse habendum est respectu eorum, qui eo utuntur transeundo, sed recte fundus privatus manet respectu eorum omnium, quae cum viae characterem nihil commune habent; caeterum quod satis jam probatur jure arbores plantandi, caet.

Colligimus: Jurum horum omnium nulla praeter Jurisdictionem dudum abrogatam, quae ex fluminum aquarumque decursu viarumque dominii jure directe profluunt et Toparchis etiamnunc competunt, Jura Toparchica proprio sensu haberi possunt, nec possunt ergo impugnari ex nostri Articuli alineâ 2<sup>a</sup>.

1) Voce *Chemin public*.

2) *Dont ils n'ont pas la propriété*; quod tamen accipiendum tantum est de fundis censitivis vel in perpetuam emphyteusim concessis, nec non de omnibus iis, quorum dominii exiguum licet partem retinuisse Dominus habendus est.

§. VIII.

**DE MOLENDINA BANNALI ET DE  
JURE VENTI.**

Vocis *Banni* non una, sed multiplex apud Scriptores est notio; sed potissimum *Bannum* triplici significatu ut plurimum accipitur, ac primo quidem pro edicto publico, deinde pro mulcta judiciaria; denique pro districtu ac jurisdictione. Nostro autem sensu pro *interdicto vel prohibitione* accipiendum 1).

Definitur *Bannum* a BOUHIER *ad Consuet. Burgundiae* Cap. 61: »Le droit d'interdire à ceux qui y sont sujets, la faculté de faire certaine chose, autrement que de la manière qui leur est prescrite, sous les peines portées par les lois, les conventions ou la coutume 2).»

*Bannum* olim imprimis obtinebat circa *Molendinas, Fornaces* (banovens, banbakkerijen) et *Officinas cerevisiales* (banbrouwerijen). In Gallia maxime quoque circa *prela vinaria*, nec non alibi. De *Molendinis* praecipue dicemus.

Arctissime cohaeret cum *Molendina bannali Jus Venti*, nobis *Windregt*, saepissime male intellectum. Non nisi certis *Molendinis* uti licere, en *jus bannalis molendinae*; — non licere *Molendinas* extruere per totam *Toparchiam* sine impetrata a Domino venia, en *Jus Venti*. »Les effets de Banalité,» ita MERLIN, »consistent principalement en deux points: le premier, de contraindre les sujets de venir au moulin, four ou pres-

1) Cf. DU CANGE, *Glossarium*, in voce.

2) Cf. MERLIN, *Répertoire de Jurispr. Banalité*.

soir banal; le second, d'interdire à toutes personnes de construire, dans l'enclave de la banalité, des moulins, des pressoirs ou des fours 1).”

Incerta est horum jurum origo, de quibus scriptores maxime Saeculorum XVI et XVII varia prodiderunt. Haec autem mea conjectura, duce RAEPSAET: Antequam in usum venerant Molendinae, aqua vel vento impulsae, communiter uti solebant molis manuariis et equariis ad frumentum molendum, nobis hand-en-ros-molens, portativis saepius, de quibus jam mentio fit in *Capitul. CAROLI MAGNI A<sup>i</sup> 813 2)*: etenim cuicumque molendum erat, eiusmodi opus erat mola. Villae incolarum non quivis molarum vel molendinae exstruendae peritus erat vel ad emendam satis dives. Quam ob rem plurimi libenter utebantur facultate adhibendarum molendinarum, in Villa Dominicata exstantium.

Mox autem, aucta rei necessitate, introductae sunt molendinae vi aquae decurrentis impulsae; exstruxerunt Domini; incolae, molarum manuariorum et equariarum pertaesi, ad novas illas molendinas confluebant 3). Ipsi construere non poterant, quippe aquae decursus erant penes Dominum, quod e saepius

1) Cf. Ibid. in voce pag. 399.

2) Cap. 10: »Ut Regis spensa in carra ducatur, simul Episcoporum, Comitum, Abbatum et Optimatum Regis, farinam, vinum, baccones, et victum abundanter, *molas*, dolatorias, secures, taretros, fundibulas, et illos homines, qui exinde bene sciant jactare.” Cap. 19: Ut Villicus bonus, sapiens et prudens in opus nostrum eligatur, qui sciat rationem Misso nostro reddere et servitium perficere prout loco locata sunt, aedificia emendent, nutriant porcos, jumenta, animalia, hortos, apes, aucas, pullos, vivaria cum piscibus, vennas, *molina*, stirpes, terram aratoriam studeant femare.”

3) Cf. BOUHIER apud MERLIN in voce *Banalité* FOCQUET DE LIVONNIÈRE, *des Fiefs*, Liv. VI, Chap. 6, aliique multi.



jam citatis antiquis instrumentis probare licet 1). Villarum possessores vel molendinarum usum concedebant vel alias novas exstruere offerebant, ea tamen conditione, ut pretium quoddam solveretur ab iis, qui molendinis iis uterentur; et longe abest, ut tale pretium sive remuneratio injusta duceretur exactio ab incolis: lubentissime enim solvebatur, ne quis molendinas exstruere ipse coactus esset; eadem fere valet argumentatio de molendinis, vento impulsis, quae postea aedificatae sunt. Ne vero inutilis labor nec irritae impensae, stipulare solebant Domini, ut ne novas exstruerent molendinas incolae, nec aliis uterentur, cum ipsi curarent, ut molendinarum numerus sufficeret, revera quod *et Venti Jus* (Windregt) *et jus bannalis molendinae* effecit; quae jura ergo arctissime cohaerent, ut supra jam attuli. Molendinis autem exstructis, et usu incolis concesso, praeterea tenebantur Domini ad impensas refectiois; nec parvi momenti molendinarum restauratio, quod jam probat adagium illud Italicum antiquum:

»Al molina ed alla sposa

»Sempre manca qualche cosa.”

Quid aequius igitur, quam ut certum solveretur pretium ab iis, qui molendinis iis uterentur. »Quoi de plus naturel et de plus juste!” BOUHIER exclamat.

Eadem fere dicenda existimo de Fornacibus bannalibus et Officinis Cerevisiae.

In foro tamen Gallico distingui solebant Banna, teste MERLIN, in voce; dividuntur scilicet in duo genera, quae erant *legalia* et *conventionalia*.

---

1) Cf. omnino huius Disputationis §. XI, de Venatione.

*Legalia*, quae consuetudine invaluerunt, qua Jurisdictionis ipsa vi Banniendi Jus Toparchae competit.

*Conventionalia*, quae ex conventionione sive contractu profluunt; haec in duas subdividuntur classes:

1°. Quae contractu primitivo constituta sunt in traditione fundi: »le seigneur,» sic MERLIN, »en donnant à cens telle ou telle partie de ses domaines, a imposé au preneur, outre le cens écrit dans l'acte, l'obligation de moudre ses grains, cuire ses pâtes et pressurer ses raisins à ses fours, moulins et pressoirs.»

2°. Quae profluunt ex conventionione quadam synallagmatica: »les habitans dépourvus de bois pour alimenter leurs fours et de moyens pour construire des moulins et des pressoirs, ont composé avec leur seigneur: celui-ci s'est chargé de la construction et de l'entretien de ces usines, à la condition qu'ils ne pourraient porter ailleurs leurs grains, leurs pâtes, ni leurs raisins.»

Quam distinctionem non repudiamus; minus facile regulam generalem amplectimur, qualis occurrit apud MERLIN: »Le point d'où il nous paraît que l'on doit partir, c'est que le droit de banalité, considéré en lui même, et abstractivement à toute convention particulière, est contraire à la liberté que tout homme tient de la nature et forme par conséquent une *servitude personnelle*.» Ex vi cuius principii legibus saeculi superioris exeuntis in Gallia sublata habentur Banna omnia, quae ex titulo bono originem ducere probari nequeant; cui principio quod ad extinctionem jurum, quorum origo incerta, praeter modum indulserunt Galli 1).

---

1) Qua de re RAEPSANT, *Analyse* etc. Tom. IV, pag. 483: »L'auteur de l'article

Et usque apud nos nunquam res ducta est: immemoriali enim probata possessione, bonus habetur titulus; contrarium vero sustinenti probatio incumbit; — haec regula nobis generalis; quanto magis haec regula valere debet singulari hoc casu, si divisionem accipias, supra allatam, qua unico titulo malo, ex consuetudine videlicet oriundo, duo oppositi sunt tituli justis, conventionem scilicet nitentes.

Secundum auctores autem nonnullos ne sufficit quidem, Banna libere fuisse stipulata in incolarum commodum. «Il en doit-être de même (qu'elles soient abolies sans indemnité)» ita legimus apud MERLIN, «à l'égard des banalités fondées sur des contrats par lesquels les Seigneurs n'ont fait, pour les acquérir, que mettre en liberté des habitans précédemment serfs, ou renoncer à des droits dépendans de la ser-

---

*moulin*, dans le *Répertoire de Jurisprudence* sous le nom de Merlin, a été entraîné dans l'erreur, ou plutôt, dans le système révolutionnaire; il attribue le droit d'avoir moulin bannal et le pouvoir d'octroi à l'usurpation des seigneurs, qui, dit-il, pour y parvenir, ont mis en principe que chaque territoire (c'est-à-dire, tous les fonds de la Seigneurie) appartient au Seigneur; cet argument prouve son erreur; car l'on voit par ce que nous avons dit des *villae* et de l'organisation des seigneuries, que les seigneurs n'ont pas été obligés de mettre cette vérité en principe, puisqu'elle a préexisté à la féodalité et aux Seigneuries, et que pour se convaincre de la vérité, que tous les fonds d'une Seigneurie ont appartenu en propriété au Seigneur, il ne faut être ni savant, ni antiquaire, il ne faut que savoir lire les chartes; mais il faut les lire, et c'est ce qu'on ne fait guère; car, comme les rapporteurs des lois révolutionnaires conviennent eux-mêmes d'avoir emprunté les motifs de leurs rapports au *Dictionnaire Encyclopédique*, et que celui-ci n'offre aucune connaissance de l'histoire du moyen-âge, il n'est pas nécessaire d'observer que l'auteur de l'article *moulin*, dans le *Répertoire de Jurisprudence*, n'a pu présenter dans son travail, que des déclamations assorties à l'esprit de l'époque de la révolution, au lieu de l'assortir aux monumens certains et authentiques du moyen-âge."



vitudo personnelle. La raison en est, qu'alors la banalité représente véritablement l'ancienne condition servile des habitans."

Quod tamen principium universe de Banno voluntario accipiendum non est; longe aliter Chartae docent. »Toutes nos villes de commune, ont appartenu," teste RAEPSAET 1), »en propriété au Souverain ou à des Seigneurs; elles ont toutes des moulins bannaux pour le service des habitans; or, si les habitans, en obtenant leur charte de commune, qui abolissait toute espèce de servitude, eussent entrevu dans ces moulins bannaux, moins un bienfait et un avantage, qu'une servitude, eussent-ils maintenu cette bannalité?

Il y eut si loin de cette idée de servitude, que les seigneurs, qui invitaient des colons libres à venir s'établir dans leurs bruyères désertes, leur promirent, entre d'autres avantages, d'y établir des moulins bannaux.

Il semble même, que les seigneurs y entrevirent moins leur avantage que celui de leurs manans: car nonobstant qu'ils eussent des usines banales, ils laissaient à leurs manans la faculté d'aller à d'autres usines, situées hors de la seigneurie et apparemment plus à leur portée moyennant une modique redevance par an."

Molendinarum ergo ceterorumque Bannorum constitutio, tempore manumissionis per Chartas ac Libertates, adeo non displicebat incolis, ut contra a Dominis stipularentur exstructionem molendinae ceteraque banna in fundis, procul a Villa dominicata sitis.

1) RAEPSAET, Oeuvr. Compl. IV, pag. 473.

Unde facile colligimus, Banna Chartis ac Libertatibus stipulata tyrannicae vis ac potestatis dominicae minime habendas esse sequelas.

Longe ab his autem diversa exstat sententia Celeberrimi Jureconsulti P. BORT 1) »..... de dwang-malerie, by de welcke alle Ingesetenen werden gedwongen op des Heeren Molen te komen malen, sonder elders te mogen gaen, brengt genoegsaem van selfs mede, dat soodanige Overmacht ende Constrainte, wesende naest de Justitie, die de alder-aensienelyckste gerechtigheydt is van de Ambachts-Heeren van Zeelant, haren oorspronck moet hebben ende deriveren van de Jurisdictie ende gesagh, dat de selve over de Ingesetenen van hare Heerlyckheden toekomt." Quam tamen sententiam, nullo testimonio probatam et Bannorum origini ac historiae parum congruentem, recusare tute audemus; quodsi autem hoc valere possit, unice de Bannis consuetudinariis, non de conventionalibus intelligendum erit.

Contra quod in foro Gallico receptum est, nobis Regale haberi solet *Jus Venti*, cui sententiae satis vulgari ansam praebere existimo hujus Juris falsam notionem, quae e verbis quibus nonnunquam perstringitur, clare elucet. Inter alios jam idem BORT 2): »De Wint ende lucht niemants eygen zijnde, moet werden verstaen gebleven te zijn, voor soo veel als eenigh gebruyck in 't bysonder daerof kan werden gemaect, onder de *Regalia* ende Heerlycke gerechtigheden, die het volck van dese ende naebuyrige Landen aen haere Over-

1) *Tractaet van hooge en ambachts-Heerlyckheden*, Dl. VI, §. 5.

2) *Op. laud.* loc. cit. §. 4.

heden, ende deselve wederom aen haere Vassalen, met ende nevens de Jurisdictie, hebben geattribueert."

Inter *Regalia minus substantialia* computatur *Jus Ventorum* a SCHRASSET 1): »Cuius vi," sic enim habet, »nemo potest extruere Pistrinum alatum sine licentia Principis."

Secundum Jurisconsultorum Belgicorum vulgarem opinionem BRITZ 2) illud jus inter *Regalia majora* collocat: »Le droit d'eau et de vent, c'est-à-dire la redevance annuelle à payer au Prince, pour qu'il permît la construction, soit des moulins à vent, à eau ou à cheval, soit des fours et usines dans les lieux qui n'étaient pas soumis à une bannalité;" et in adnotatione citatis Edictis 21 Febr. 1547 et 9 Junii et 21 Julii 1628: »M. RAEPSAET a donc tort de croire ce droit imaginaire 3)." Ita quoque in libello, judici oblato a Matrona Nobilissima s. c. f. VAN RECHTEREN ALMELO 4), *Regale* passim vocatur *Jus Venti*, ex gr. pag. 10: »Van dit *Regaal* of uitsluitend recht van Wind

---

1) *De Censu Dominico et Convent*, in praefat.

2) *Op. laud.* pag. 607.

3) Ex ipsis tamen verbis, quibus utitur RAEPSAET, me judice non constat Doctissimum Virum errasse: sic enim habet, ipsum hoc Edictum citans: »Toute fois, c'est à la faveur de cette ignorance de l'origine, que le placard de Charles-Quint du 21 Février 1547 pose en fait, sans en invoquer aucune preuve, que ce pouvoir d'octroyer les érections des moulins à vent et à eau fait partie de ses hauteurs et prééminences, et défend en conséquence à tous ses vassaux et sujets d'en ériger sans ses lettres d'octroi, excepté ceux qui sont en possession contraire." Ipsam ergo *Regalis juris Venti* notionem oppugnat RAEPSAET, ex ignorantia scilicet verae originis natam.

4) Bericht van VROUWE S. C. F. VAN RECHTEREN ALMELO aan de Commissie uit het Gerichthof van het Departement van den Ouden IJssel, betreffende de Heerlijke en andere rechten door de Staatsregeling niet vervallen verklaard, en de vergoeding voor de vervallen verklaarde Rechten; te Deventer bij GERRIT BROUWER, A° 1801.



over een zeker District door iemand bezeten wordende, is kennelijk onderscheiden eene concessie of permissie, door de Hooge Overheid aan iemand verleend, om een windmolen in zeker District of gehucht te mogen hebben want, volgens de algemeene leere van het recht, verkrijgt de gene, aan wien deeze concessie is gedaan, daardoor geen uitsluitend recht van wind; als zijnde de concessie dan alleenlijk een simpel Octroy, zonder uitsluiting van anderen, uit het eigendomlijk *Regaalrecht* van wind van den Staat gegeven: en kan dezelfde Overheid alsdan insgelijks aan anderen in het zelfde District of gehucht het zelfde toestaan, zodat de eerste zich daarover met geen recht beklagen kan a). Ook is dit *Regaal* of uitsluitend recht van wind geen uitsluitend Octroy of privilegie, 't welk kennelijk van een *Regaal* is onderscheiden. Want een geprivilegieerd of uitsluitend Octroy, wordt door de Hoogheid niet als eigenaar gegeven uit haar *Regaal* en dus uit haar eigendomlijk goed; maar wordt als Wetgever door haar verleend uit het gene, 't welk haar *Regaal* niet is, dat is, uit de algemeene vrijheid, die zij, in opzigt van het geotroijeerde, aan anderen beneemt en aan een of meer personen laat behouden, en alzo deezen privilegieert. Gelijk Informante ten Processe voor het competent Gericht wijders

a) »De insteller (sic in adnotatione pag. 11) had hier kunnen bijdoen, dat het niet voegt, meer koorwindmolens voor het gemaal der ingezetenen, dan in elk District noodig zijn, toe te staan; dat de eigenaren van reeds geotroijeerde molens zich daarop hebben moogen verlaaten, dat dit niet geschieden zou; dat de baatzucht dit in het voormalig Overijssel heeft begonnen te overtreden; en dat verscheiden eigenaaren van molens daardoor, zo niet gemineerd, ten minsten zeer benadeeld zijn geworden.»

zal betoogen, dat het Regaal of uitsluitend recht van wind hier en doorgaans elders onder de *Regalia communicabilia* door Vorsten, Graaven en Heeren eigendommelijk is bezeten geworden 1).

Quibus autem citatis, me judice, luce clarius apparet:

1°. Male accipi solere *Jus Venti*, quale juris Toparchici nomine in Toparchiis occurrit, ab antiquo alodialibus (Vrye Heerlykheden); revera cum nihil aliud habendum sit, nisi ex fundi jure domini directe profluens *Jus Banni*, arcte cohaerens, ut supra jam probare conatus sum, cum jure *Bannalis Molendinae*. (Ban- of dwang-malery) 2).

2°. Admissa notione rei, qualis in Patria nostra vulgo accipiebatur, aërem scilicet esse rem nullius, itaque Principi vel Reipublicae competere, accipiendam tamen esse arctiore sensu: prout non concessus sit ventus (P. BORT, l. c.), nec a privatis titulo domini possideatur, quasi Regale communicabile (Expos. Matronae a RECHTEREN ALMELO, loc. cit.) 3); nec Banno cuidam subjectus sit. (BRITZ, l. c.)

1) Cff. quoque *Op. laud.* pag. 24 et 26.

2) Recte sane RAEPSAET, *Op. laud.* IV, pag. 483: ».....ce pouvoir d'octroyer ces moulins et le droit de bannalité des moulins, des fours, des brasseries etc. consiste dans un simple droit de la propriété du fonds sur lequel on les érige.

C'est aussi, faute de ces notions, que l'on trouve tant de feudistes embarrassés de déterminer quel degré de justice un seigneur doit avoir pour pouvoir ériger un moulin dans sa seigneurie, question bien inutile puisqu'elle n'a rien de commun avec la justice, attendu que le propriétaire d'un alleu pouvait en ériger sans octroi de personne."

3) Deridens, ut fieri solet, de Venti concessione effatur W. C. ACKERSDYCK in tractatu, cui titulus: *Aanmerkingen omtrent de onbebouwde gronden in de Provincie Noord-Brabant, byzonder in de Meijerij van 's Hertogenbosch, zooveel het regt op*

3°. Ab hoc igitur omnino distinguendum jus, quod sibi ser-  
varunt ex stipulatu ad extruendas vel concedendas molendinas,  
quo ipso cernitur Bannum, nimirum *Jus Venti*, possessores non-  
nullarum Toparchiarum ab antiquo alodialium.

Quod enim *Regale* nominant jus, ex argumentatione tantum  
profluit; intellectuale potius habendum est; nunquam igitur  
argumentando in dubium vocari ac oppugnari non potest, quin  
etiam mutato circa aëris dominium intellectu, prorsus nega-  
ri 1). — Alterum vero est jus facto existens, e fundi jure do-  
minii directe profluens vel conventionione constitutum, et jus  
quaesitum igitur.

Colligendum apparet: *Jus Venti*, si hodie adhuc occurrat in  
Toparchia quadam ab antiquo alodiali, habendum est *Jus Banni*,  
profluens aut ex prisco fundi dominio, aut ex contractu, quod,  
nisi demonstretur contrarium, *Toparchicum* haberi nequit; ergo  
non impugnatur ex nostri Articuli alineâ 2<sup>a</sup>.

Molendarum ac fornacium cura ac inspectio (*Policie*) pro-  
priis olim definita erat statutis, qua de re consulere licet  
RAEPSAET 2).

Quod ad *Jus Venti* bene tenendum est, Toparchae curae

---

*dezelve betreft*, in: de Vriend des Vaderlands, VI, pag. 103. »*Trou-  
wens*, Hertog JAN de Tweede *beschikte zelfs over den wind*; hij vergunde aan  
»zijnen getrouwen ARNOLDUS HEYM, een' windmolen tusschen de dorpen Rode en  
»Schyndel op te rigten, en voegde er by, dat hij hem den vryen wind schonk.  
»Ventum liberum concedimus hereditarie." Qualis tamen donatio ridicula revera  
non habenda est: Dux enim ille concessisse existimandus est vel *Regale Jus Venti*,  
secundum tunc vigentem intellectum aëris dominii, vel *Banni jus*, fundis olim con-  
cessis, a se retentum.

1) RAEPSAET jam negavit, ut supra in annotatione attuli.

2) *Op. laud.* Chap. Bannalité, IV, pag. 480 sq.



esse mandatum et impositum, ut necessitatibus incolarum par sit molendinarum numerus, qua in litis contestatione competenti Judici absque dubio iudicium relinquendum erit. E quibus facile apparet, arbitrariam vim et exactionem non esse praesumendam; qua de re conferatur jam laudatus tractatus: *Bericht van Vrouwe van RECHTEREN ALMELO.*

Sed majoris momenti quid ex his quoque apparet: ab utraque parte ubi adest obligatio, recte ponendus est contractus; jam vero quod attinet ad *Jus Venti*, sine ullo dubio vestigia adsunt contractus inordinati: *do ut facias*, vel *facio ut facias*, quo miserrime jam vapulat opinio eorum, qui servitutem arguunt, quod jam animadvertibat MOLINAEUS 1), his verbis: »Non est servitus....., sed obligatio personalis...., quamvis doctores vocent servitutem, imo abusive loquuntur.»

Aliud quid esse *Jus Venti*, de quo diximus, aliud *jus* ipsis *molendinis competens*, ex quo intra certum circuitum nec altius exstruere, nec arbores plantare licet, ne ipse ventus interceptiatur, nec igitur molendinae functioni obstetur, probare jam supervacaneum videtur. Quae enim Jura, ut per se jam patet, toto coelo differunt.

---

1) *Tractatus de dividuo et individuo*, Part. III, N<sup>o</sup>. 269.

§. IX.

**DE JURE MERCATUS SIVE NUNDINARUM,**

nobis: REGT VAN MARKT.

Cum Bano quoque cohaerere mihi videtur *Jus Mercatus* sive *Jus Nundinarum*, quod nonnullis, ni fallor, in Toparchiis hodie adhuc occurrit, maxime conspicuum in quadam pecunia sive recognitione, Toparchae solvenda de certis mercibus, quae in certo foro veneant; maxime quod nobis obtinet in equis, quam ob rem vulgo nuncupatur *Regt van Paardenmarkt*. Hoc jus arctissime cohaerere cum, vel originem ducere ex *Banno Vini*, olim cum in Gallia, tum in aliis regionibus usitato, existimo: nonnunquam enim, affirmante DU CANGE 1), jure *Banni Vini* intelligebatur quoque *Jus carnis*, frumenti aliorumque ceterorum vendendorum. Proprie consistebat *Bannum Vini* in jure Domino competente certo die certisve diebus unice, i. e. ceteris exclusis, vendendi vinum, sui ipsius fundi fructum. Quod jus simpliciter manare e jure fundi dominiis priscoe Villae omnium fundorum possessori competente, jam satis a RAEPSAET probatum esse censeo, qui ergo consulatur 2).

Verum est, a Romanorum *Nundinis* deducere publicos mercatus G. VAN LOON 3), quorum instituendorum ac concedendorum jus primitus Romano Senatui Consulibusque, postea Imperatoribus competiverit, veluti jus ex Majestate profluens;

1) Cf. voce *Bannum vini*.

2) *Op. laud.* Livr. IV, Chap. 8, Tom. IV, pag. 495 sqq.

3) Cf. G. V. LOON, *Beknopte Verhandeling van de Week- en Jaarmarkten mitsgaders van de Kermissen in Holland.*

quod jus eodem titulo, Majestatis videlicet, fuit penes priscos Reges Francorum, mox autem a Ducibus, Comitibus aliisque Magnatibus usurpatum est, denique, ejurato PHILIPPO II, ad Ordines nostros pervenit.

Quae etiamsi vera sint de majoribus illis mercatibus atque nundinis, quibus ab ipso Principe sive a Magistratu salvi conductus ceteraque privilegia concedi solebant, tamen minus recte conveniunt mercatibus istis minoribus, quae in Toparchiis nonnullis occurrere solent, quaeque, ut diximus, magis Banno cuidam comparanda videntur 1).

Cum hacce materie arctissime quoque cohaerent, ut opinor, oppidorum pagorumque *tributa* et *accisae* quae dicuntur, quorum exigendi jus jam antiquitus in certum quoddam tempus urbibus concessum fuit, »ut partem suam in precariis conferrent, debita sua solverent, aut sumtibus publicis erogandis prospicerent 2),” quaeque tributa accuratissime distinguenda sunt a tributo illo, quod dicebatur *Land-accijns* et *Konings-accijns* 3).

Etenim *Jus Afforagii*, ab ignorantia non raro cum *Jure Primae Noctis* confusum, cum *Banno Vini* conjunctum, Accisarum oppidanarum fons habendum videtur: nam cernebatur *Jus Afforagii* in tributo, quod Domino loci praestari solebat pro aestimatione vini, particulatim quod a colonis vendebatur, vel a tabernariis et cauponibus distrahebatur, vel etiam in Vecti-

1) Cf. RAEPSAET, loc. laud.

2) Vid. Consult. G. E. J. BERG, Spec. hist. Jur. de Vectigalium ac Tributorum in Hollandia historia tempore Comitum. Amstelod. 1834, pag. 39, citato VELIO, Chronyk van Hoorn, Reg. van VAN DER GOES 1552, pag. 2, 3.

3) Cf. BERG, Op. laud. pag. 44; KLUIT, Primae Lineae Coll. Dipl. §. 807.



gali, quod pro vino importato in Toparchiam Domino solvi solebat 1); minime vero, ut nonnulli opinantur, pro perforatione dolii vinarii, e quo vinum promitur ad vendendum in popinis 2).

Rem jam docuit RAEPSAET 3) his verbis: »Ce droit d'afforage n'est donc pas proprement celui de Banvin, mais il en dérive en ce que l'on voit par ces Chartes qui sont le commencement des franchises, que lorsque les seigneurs affranchissaient leurs *villae*, et qu'ils renonçaient à leur droit de bannalité des denrées, droit qu'ils avaient tous à titre de propriété ils se réservaient des banvins ou un tonlieu d'indemnité sur la consommation et ils excluèrent de la franchise du marché et des ventes dans la ville tous les étrangers, à moins qu'ils ne payassent un tonlieu à titre d'indemnité: *telle est donc l'origine et le titre de l'octroi et des accises de toutes nos villes, parceque par leurs Chartes de liberté, par rachat ou par donation, elles ont succédé aux anciens droits de bannalité de leurs Seigneurs, propriétaires originaires de la villa.*»

Negari sane nequit, Accisas vini ac cerevisiarum omnium fere antiquissimas esse; ita verbi causa jam A° 1325 a Gulielmo Comite permittebatur, tributa imponere vino, cerevisiae aliisque Hagae Comitibus 4); verba sunt: Voorboden te maken op wyn caet., quae accipit P. PAULUS 5) de *Accisis*; et recte, ut mihi videtur. Eodem fere tempore Accisas in usu fuisse, apparet Dord-

1) Cf. RAEPSAET, loc. cit.

2) Cf. DU GANGE, voce *Afforagium*, *foragium*.

3) Loc. cit.

4) Cf. VAN MIERIS, *Charterboek*, II, pag. 365.

5) *Verklaring der Unie van Utrecht*, I, pag. 380.

raci 1), nec non aliis locis. Legimus etiam, ALBERTUM BAVARUM Hollandiae meridionalis incolis interdixisse, ne aliis uterentur cerevisiis, nisi quas ipsi coxissent, vel quae mari adductae essent: »op al zulken Excyns als voormaals daarop gestaan had 2);” quod revera non nisi *Bannum*. Praeterea jam loquitur de illo vectigali PHILIPPUS DE LEYDEN 3), scriptor saeculi XIV, quam ob causam vini cerevisiarumque Accisae jam exstitisse saeculo XIII<sup>o</sup> a P. PAULO existimantur. Proprie fuerunt istiusmodi tributa, quae postea dicebantur Municipale Octroyen, quae tamen et nomine et facto abrogata sunt Edicto d. 13 Dec. 1813, et mutata in Accisas ita dictas, vel plaatselijke belastingen, Impost, bene autem distinguendas, ut supra jam monui, a tributo, toti Regno communi, quod dicitur Land-accyns, Landsbelasting. Quae tamen, cum non nisi indirecte tantum ad meum propositum pertineant, jam mittamus.

1) Cf. VAN DE WALL, *Privil. van Dordrecht*, II, Afd. pag. 306.

2) Ibid. pag. 319; cf. etiam P. PAULUS, *Op. laud.* pag. 381.

3) *De Cura Reipublicae*, Cas. XXXIX.

§ X.

**DE JURE RETRACTUS,**

nobis: NAKOOP S. NAASTINGSREGT.

Jus Retractus cum etiamnunc non raro sibi indicare cupiant Toparchae, de eo pauca in medium proferam.

»Naesting,” ita GRORIUS definit 1), »is een recht yemand toebehoorende over eenig ontilbaar goed, als ook op den kooper en verkoper, wanneer 't zelve goed gekogt werd, om te treden in des koopers plaetse.”

»Le retrait,” ita BRITZ 2), »est la faculté de nous subroger à l'acheteur, endéans un délai déterminé, moyennant le remboursement du principal et des frais, dans l'acquisition d'une chose (immeuble, rente, action) avec laquelle nous avons certains rapports, qui n'existent pas entre l'acquéreur de cette chose ou qui n'existent pas au même point qu'entre nous et cette chose.”

»Om te treden in des Koopers plaetse,” »de nous subroger à l'acheteur,” quam ob caussam, qui Jure Retractus usus erat, ingeniose olim nobis dicebatur: »die syn voeten heeft gesteken in des Koopers schoenen 3).”

Diversas Retractus species olim exstitisse apparet: tractantur a BRITZ praeter *retractum successorium*, Codice Napoleontis sancitum, *Retractus jure sanguinis s. gentilitius*, Naerhede van

1) *Inleid.* III, 16, §. 2.

2) *Mémoire sur l'ancien droit Belgique*, pag. 698.

3) Cf. P. BORT, *Tractaet van het Hollants Leen-recht*, Deel V, Tit. V, Cap. I, 25.



bloede en ten goede, in Gelria Schutrecht, nobis olim Sinninge, Aenboord, Wederdryving 1), Kalengiringhe 2), Gallice: *Retrait lignager*, e quo ille retractus (successorius) certe quodammodo derivatus est; — *Retractus consolidationis*; — *Retractus Dominicus vel Feudalis*; — *Retractus partiaris*, Naerhede van gemeensaemheydt, Naerderschap van deelswegen; — *Retractus redituum et censuum rei immobili affixorum*, Naerderschap van Grontswegen; — *Retractus propter debitum*, Naerhede van Commeren, *Retrait débital*; — *Retractus publicae utilitatis caussa*; — *Retractus popularis*; — *Retractus civilis*, *Retrait de Bourgeoisie*; — *Retractus conventionalis* aliique.

De hisce tamen omnibus separatim dicere non fert propositum 3).

Ex usu vel communi vel loci originem ducere *Jus Retractus*, GROTIUS affirmat 4). Ex usu loci agnatis cognatisque competitivisse, apparet: hic inveniebatur, non vero illic 5); obtinebat in fundis propriis, in aedibus super fundum proprium extructis, in feudo et non-feudo; etiam in agris emphyteuticis, in censibus et decimis, in Toparchiis et Ambactiis (hooge en lage Heerlijkheden), quando vendebantur, non vero in permutatione; nec etiam si publice vendebantur, sive ut habet GROTIUS: »ende dat alleenlyk als de Verkoopinge geschied zon-

---

1) Cf. GROTIUS, *loc. cit.* §. 1.

2) Cf. VAN HALL, *Reytsgeel. Verhandelingen*, pag. 145.

3) Nec de illa *Retractus* specie, nomine *Benadering*, de qua poenae instar lex d. 26 Aug. 1822, *Over de heffing der regten van in-, uit- en doorvoer, en van de accijnsen*, caet. Artt<sup>is</sup> 254—266, nobis agendum est.

4) *loc. cit.* §. 3.

5) Cf. GROTIUS, *ibid.* § §. 5 et 7.

der wettelyke kerkgeboden ofte rechtsdaegsgeboden:” quod enim si locum habuisset, impediabatur retractus, dum compete-  
tebat Scultetis vectigal, quod singulari nomine *pondgeld* nuncupabatur. Nonnullis tamen locis contrarium obtinebat 1), quam ob causam nimis non producendum hoc videtur.

Ceterum usus ille est antiquissimus: sunt enim, qui ex Jure Romano, quin etiam ex vetita alienatione Israëliitarum ex alia tribu in aliam retractum derivare velint 2). Alii majore veri specie e Jure Germanico repetunt, Legem citantes Salicam: omnium enim propinquorum olim periculo erat propinqui aes alienum, nisi forte hic de parentela fuisset sublatus. Contra vero, ut tuta esset familia ab omni fraude vel dilapidatione, nemini bona sua alienare licebat, antequam oblata essent propinquis 3).

E Jure Divino derivat CHRISTINAETS 4): »Lugubre enim foret et deplorandum, videre paternas et avitas domos ac antiqua majorum praedia in externas manus transire. *Hoc jus originem trahit de jure Divino.*” Ad quae autem BRITZ 5): »Ce Jurisconsulte se trompe; le retrait que nous offre la législation

1) Cf. GROTIUS, *ibid.* §. 6.

2) Cf. TROTZ, *de Jure agrario*, III, pag. 103.

3) De cognatorum periculo consulere licet BEAUCOURT, *Annales du Franc de Bruges*, Tom. I, pag. 175. — *Keure du Franc de Bruge Saec<sup>i</sup> XII<sup>i</sup>* Tit. de Rapi-  
na. MIRAEUS, A<sup>o</sup> 1180, Tom. IV, pag. 352. *Assizes de Jérusalem*, Cap. 85. —  
BEAUMANOIR, pag. 20, cit., RAEPSAET.

4) *Ad. Legg. Mechlin.* rubr. 11 initio. Cf. etiam SIM. VAN LEEUWEN, *Censura For.*  
Part. I, Lib. IV, Cap. XX, 8 et 9, qui Retractum gentilitium sive jure sanguinis  
ex Jure Gentium originem traxisse opinatur, tandem FREDERICI I, Imperatoris,  
constitutione, Jurisque Canonici auctoritate corroboratum. BYNKERSHOEK, *Quaest.*  
*Juris Priv.* L. III, Cap. 13, huius juris originem petit ex Jure Feudali.

5) *Op. laud.* pag. 699 in adnotat. Cf. etiam UNGER, *Altdaetsche Gerichts-Verfassung*, Kap. I, §. 2.

féodale est d'origine germanique 1); il dérive de cette espèce de copropriété qu'avaient tous les membres sur les biens et possessions de la famille. Il n'était pas loisible aux peuples Germains de disposer des biens propres (de la famille) sans le consentement et hors de la présence des héritiers. La loi salique dit formellement que personne ne peut aliéner ses biens sans les avoir offerts à vendre à sa famille pour le même prix qu'un étranger lui offrait." — Denique p. BORT 2): »Wat het recht van naesting, de Bloedverwanten van den verkooper competerende, in 't algemeen belangt, soo staet te considereren, dat al van ouds op eenige plaetsen schynt gebruyckelyck te zyn geweest, dat ymant syne goederen willende verkoopen, sulcx alleen vermochte te doen *proximis consortibusque, non etiam extraneis.*"

Ad hunc retractum jure sanguinis (ne multas distinguamus species) referri quodammodo potest *Retractus vicinis olim proprius*; qualis jam notus erat Romanis, ut ex multis locis apparet: intuitu enim vicinitatis, et ne invitus et malus vicinus alteri posset obrudi, jus illud *congrui* seu *retractus* inductum est 3). In nostra quoque Patria vicens reperiebatur, teste GROTIUS 4): »In Rynland hebben in de verkooping van landen de naeste lands-gelegenen gelyk recht als Magen, te weten indien de Magen de naesting niet en doen."

---

1) Cf. etiam VAN DE SPIEGEL, *Verhandeling over den oorsprong en de Historie der Vaderlandsche Rechten*, pag. 133.

2) *Op. laud.* Dl. V, Tit. V, Cap. 2, §. 2.

3) Cf. MEVIUS, *ad Jus Lubecense*, Lib. III, Tit. 7 ad rubr. No. 4 et 5. REINKING, *de Jure Retractus*, No. 42. TROTZ, *de Jure agrario*, III, pag. 32.

4) B. III, Dl. 16, §. 9.



Retractus ille jure sanguinis singulari obtinere solebat modo, nomine Gras-roering, Aard-roering, Boom- et Dag-roering, a ritu scilicet solemni tangendi et tradendi viridem cespitem, vel ramum arboris, caet. 1). »Die naesting wil doen,» ita GROTIUS 2), »verschynt voor Schout ende Bode, ende voor 't meerderdeel van 't Gerechte, ofte voor seven Buuren van het Ambagt, ende haer gevende haer gerechtigheyt, doet in haer bywezen Gras-roering ende Aerd-roering, ende doet voorts een recht-dag beteekenen om zynen koop in te brengen, ende de koop ingebragt zynde, is de naester schuldig binnen vier-en-twintig uren na te doen, ende te beloven alle 't geen den koper hem voorgedaen ofte belooft heeft, des geveert zynde moet by eede verklaren dat hy de naesting doet met zyns zelfs goed ende geld, ende tot zyns zelfs behoefte, ende voor niemand anders zonder arg ofte list, moet ook betalen de Wynkoop (zoo daer eenige by den koper betaelt is) tweevoud, maer den Gods-pennink enkel.»

Cum igitur hic Retractus jure sanguinis (Retrait lignager) ex fundi dominio minime profluat, et hoc respectu pure personale esset jus, obsolevisse haberi potest, quippe Codice nostro civili non confirmatus, nec quidem ille retractus erat *Toparchicus* qui vocari solebat, quam ob causam jam mittamus.

Verum *Dominicus* et *Toparchicus* dicebatur retractus et adhuc dicitur, qui ex usu, toti Patriae fere communi, originem traheret; secundum quem usum Comiti competebat facultas re-

---

1) Cf. TROTZ, *Jus agrarium foederati Belgii*, II, pag. 558. — VAN HALL, *Regtsgel. Verhand.* pag. 145 sqq.

2) Loc. cit. §. 11.

trahendi, quaecumque vendebantur, feuda, nimirum ante em-  
toris investituram 1). Ex quonam fonte facultas illa oriunda?  
Num ex jure feudorum vel ex Jurisdictione, an vero ex fundi  
dominii jure? — haec quod ad Jus Retractus quaestio pal-  
maria.

Videamus ac bene perpendamus, qua in re cernatur re-  
tractus, qui dicitur *Toparchicus*; facilius post haec nobis respon-  
sio erit.

Retractus Toparchicus vocari quoque solebat *jus retinendi*  
seu *retentionis*, nec non *jus praelationis* seu *praelaturae* 2).

Ut supra jam monuimus, Comiti erat retrahendi facultas;  
non vero soli Comiti, ut feudorum Domino, sed Toparchis  
quoque minoribus (Smalheeren) circa in feudum iterum data  
(achterleenen); quod conjiciebat quidem GROTIUS 3); affirmat  
vero P. BORT, et obtinere solebat etiam in Gallia, in Italia nec  
non ubicumque 4), ut jam docuit ARGENTRAEUS 5) his verbis:  
»hoc jus competit omni qualitati Domini;” quam ob causam  
P. BORT 6) »soo dat.... DE GROOT schynt verstaen te moeten  
worden van subalterne officieren, als Balliuwen, Schouten etc.  
die by Hoochgemelte haere Ho. Mog..... Resolutie 7) is  
verboden hun met naestinge van Leen-goederen te bemoeijen,

---

1) Cf. GROTIUS, loc. cit. §. 5, SIM. VAN LEEUWEN, *Rooms-Hollandts Recht*, Lib.  
IV, I, 4, CHRISTINAËUS, vol. VI, decis. 23.

2) Cf. P. BORT, *Op. laud.* Dl. V, Tit. V, Cap. I, 3.

3) Loc. cit. §. 4 in nota 3.

4) Cf. P. BORT, l. c. §. 6.

5) *Ad consuet. Brit.* Art. 303.

6) Loc. cit.

7) Resolutie van de H. M. Heeren Staten-Generaal der Vereenigde Nederlan-  
den, Sabbathi den 17 July 1649.

ende niet van Achterleen-Heeren, die *eygentlyck* Smal-Heeren werden genoemt, ende . . . . . het *jus retinendi seu redimendi* notorie mede competeert, in regard van Leenen, die van deselve te Leen gehouden werden." Quae tamen explicatio subtilior mihi videtur, modo conferas GROTII Partis laudatae §. 12.

Non solum vero in feudis, sed in fundis quoque censualibus et emphyteuticis retrahendi jus competebat Dominis 1); quin etiam *ad exemplum emphyteuseos* tantum circa feuda introductum est 2), in qua (emphyteusi) Dominus omnibus aliis praefertur, si tantam praestare quantitatem velit, quantam ipse emphyteuta ab aliis revera accipere potest 3); — praeterea quoque introductum, ne Dominus cogeretur eum, quem nollet, habere Vasallum 4).

Etsi discrepent scriptores in eo, uter fuerit praefendus in Jure Retractus, Toparcha videlicet, an vero agnati cognatique, praevallet tamen opinio eorum, qui Domini causam potiore esse volunt, »uyt reden," ita P. BORT 5), »dat de selve onse rechte Leenen, alle te saemen zijn gekomen, ofte ten minsten gehouden werden gekomen te zijn, uyt den boedel ofte boesem van de Leen-Heeren selfs, et proinde jus eius etiam antiquius est, et causa fundamentalis atque originalis, et cum feudum a Domino profectum fuerit, ad eum etiam tanto facilius redit, ut ad pristinum statum reducatur." Paucis ta-

1) Cf. GROTIUS, *Inleid.* B. II, Dl. 40, §. 7.

2) Cf. P. BORT, *loc. cit.* §. 10.

3) Cf. I. fin. C. *de jure emphyt.*

4) Cf. GUEDELINUS, *de feudis*, Part IV, Cap. 3, N<sup>o</sup>. 1, *cit.* BORT.

5) *Loc. cit.* §. 31.



men locis contrarium obtinere solebat, maxime in Belgio Meridionali 1).

Jus Retractus feudalis vel Toparchicus, ut dicitur, exercetur, quoties obtinet emptio venditio, et scriptura privata (onder 's hands) et publica, ut videtur; propter alienationem, quae donationis, permutationis vel familiae erescundae causa fiebat, retractui locus non erat 2).

Inde a momento, quo contracta est emptio venditio, jus suum Retractus exercere potest Dominus per anni spatium, si sponte scilicet Domino retractum non obtulerint contrahentes; nec possunt contrahentes in praejudicium Domini a contractu discedere 3); quod tamen effugere vel irritum facere licet, adjiciendo scil. emptio venditionis instrumento clausulam: *laudante*

---

1) Cf. BRITZ, *Op. laud.* pag. 703, sq.

2) Cf. GROTIUS, *Inleid.* B. III, Dl. 16, §. 15 et B. II, Dl. 40, §. 15; qua de re P. BORT, loc. cit. §§. 19—22: »De voorsz retentie ende aenhoudinge van 't Leen kan by den Leen-Heer alleen geschieden, soo wanneer als het Leen is verkocht ofte andersints verhandelt voor gelt, ofte voor yet anders, *quod functionem in suo genere recipit*, ofte oock voor yet, 't geene voor de mangelinghe geestimeert ende gewaerdeert is. *Costumen van den Leen-Hove van Mechelen, Cap. 4, art. 19.*

Want..... soo komt daer uyt nootsakelyck te volgen, dat den Leen-Heer syn voorschreve recht van retentie ofte naestinghe oock niet en kan gebruycken, als het Leen sonder fraude is verhandelt tegens yet 't welck in de macht van den Leen-Heer niet en is, aen den verkooper voor syn verkochte Leen te doen hebben.

Om de selve reden soo en heeft het voorsz recht van retentie oock geen plaets, *ubi feudum a vasallo alienatum est, ut accipiens aliquid faciat, in quo personae industria requiritur, et electa est*, vid. GUID. PAP. *Quaest.* 509.

Het voorsz recht van aenhoudinge ofte retentie en heeft mede geen plaets, wanneer het Leen aen ymant is geschoncken, GUID. PAP. *Quaest.* 47, *alioqui enim Dominus semper vellet sibi potius, quam alteri feudum donari, atque ita semper impediret donationem.*"

3) Cf. P. BORT, loc. cit. §. 11.

et approbante Domino, vel aliis verbis: sub conditione Dominus ut approbet emtionem venditionem, nec ergo suo jure utatur: nam eo casu, Domino non laudante nec approbante, non poterit capere jure praclationis, quia venditio est imperfecta 1); et si Dominus approbat venditionem, non potest amplius retinere. Sic ergo Domino approbante vel non approbante, non poterit uti jure retentionis; quod jam animadvertit GUID. PAP. 2), post EUBI NICOL. BOER 3), et post eos P. BORT 4). — Verum est, contra tenere MOLINAEUM 5), existimantem, conditionem illam esse captiosam et fraudulentam, et proinde ab eo rejici posse; cui tamen sententiae assentiri minime possum: emtione venditione enim nulla contracta, exercere non potest Dominus Retractum: non approbante emtionem venditionem Domino in casu, emtio venditio nulla est; — ergo. Summa est, modo eum non vendidisse, qui sub conditione vendere voluisset; nec fraus ulla adest 6).

Ex certo loco SCHRASSERTI putares, non solum in casu venditionis, verum semper et continuo retrahendi facultatem mansisse. Sequuntur verba illius Jureconsulti 7): »Est etiam consolidatio, quae per retractum procedit. Habet enim possessor Fortalitii (Heerlijke Hofstede) jus, agros a suo Fortalitie se-

1) Cf. B. W. B. Arit. 1299 et 1300.

2) *Quaest.* 47 et 211.

3) *Ad Consuet. Bituricensis*, rubr. de la retenue des biens féod. §. 1.

4) *Loc. cit.* §. 38.

5) *Ad Consuet. Paris*, Tit. I, §. 12, Gloss. 1, Num. 17.

6) Potest tamen contra ipse Dominus hasce insidias effugere singulari modo, qui ex juris retractus natura directe profuit.

7) *Periochâ Juris Domini*, §. 21.

paratos a possessoribus eorum revocandi, refuso pretio. Cuius quidem facultatem usque eo nostrates ab arbitrio semper possessoris Fortalitii dependere voluerunt, ut omnia pacta, omnes conventiones dispositionesque, quibus interdicitur consolidatio, ceu naturae Dominicarum rerum adversa, nullius habeantur momenti. Non ea solum, quibus consolidatio plane prohibetur; sed et qualiacunque, quae illam difficiliorem reddunt. Adeo enim proclivia sunt bona nostra Dominica ad primaevam unitatem, ut nullo pacto nulloque temporis curriculo, recursus ad eam velint restringi. Hinc, licet in instrumento familiae erciscundae (cuius caeteroquin tenor apud nos ad literam servandus) pacto conventum sit, ne res a Fortalitio separata consolidetur, nisi certo aeris pretio, nihilominus Fortalitii possessor *quandocunque* agrum separatim revocabit, reddito saltem *pro aestimatione* quatuor vicinorum justo pretio; et ita iudicatum d. 22<sup>o</sup> Julii A<sup>o</sup> 1609 tusschen DRIES AERTSEN en de Weduwe van AERT WYCHMANSEN." Quod tamen nisi pactum sit, accipiendum non videtur.

Colligendum apparet:

1<sup>o</sup>. *Jus Retractûs* non potest haberi *jus feudale*: nam et in non-feudis, emphyteuticis scil. et censualibus indiscriminatum obtinebat, hodieque adhuc obtinet; nec ex feudo quidem oriundum haberi potest: nam *ad exemplum emphyteuseos* tantummodo circa feuda introductum est.

2<sup>o</sup>. *Jus Retractûs* censi non potest *jus Toparchicum*: nam ex Jurisdictione profluere nusquam contenditur; nec mirum: difficile enim cum Jurisdictione aliquid commune habere statuas.

3<sup>o</sup>. *Jus Retractûs* (*feudale* vel *Toparchicum* dictum scilicet)



originem ducit *ex fundi domini jure*; quod probat P. BORT 1): »t voorsz recht van den Leen-Heer. . . . profloeert ende komt voort *ex directo eius dominio* over deselve Leenen." Quod probat huius juris retractus appellatio ab alterius juris retractus, gentilitii videlicet, denominationibus diversa, scil. *jus retinendi* seu *retentionis*, huic retractui propria. — Quod et confirmat locus supra citatus SCHRASSETI, quo luce clarius apparet, Retractum nihil aliud efficere, quam consolidationem, quam ob rationem *jus consolidationis* non raro vocetur. Deinde NYHOFF 2) his verbis: »Wanneer de verkochte goederen leen- of wel tyns- of erfpachtgoederen waren, moest de koop, alvorens die gevolg hebben ende opdracht geschieden kon, aan den Heer, hetzij leen- of Hofheer, geboden worden, die trouwens het regt had, zoodanigen koop geen' voortgang te doen gewinnen, maar het verkochte voor den bepaalden koopprijs kon naasten, en alzoo het voordeelig bezit (*dominium utile*) met den eigendom (*dominium directum*) hereenigen. Soms werd deze ten aanzien van alle leen- en tijns-goederen, overal geldende gewoonte, wanneer de Land- of Stad-regten in schrift vervat werden, daarbij uitdrukkelijk vermeld."

Denique, quod probat Domini praelatio prae agnatis cognatisque, nimirum »quia Domini jus antiquius est et causa eius *fundamentalis atque originalis* 3)."

E quibus facile profluit, jus Retractus, improprie *Toparchicum* dictum, impugnari non posse ex nostri Articuli Al. 2<sup>a</sup>.

1) Loc. cit. §. 9.

2) *Gedenkwaardigheden uit de Geschiedenis van Gelderland*, pag. CXVIII.

3) Cf. P. BORT, loc. supra cit. §. 31.

Praeterea Jus Retractus cum *feudale* non sit, extinctum haberi non potest Constitutione A<sup>i</sup> 1801. Quin etiam vim et auctoritatem si adseras Constitutioni A<sup>i</sup> 1798, tamen, quamvis hac Lege nominatim inter jura extincta sit enumeratum *jus retractus*, neque ob eam rationem strictim cessasse existimandum est: nam Constitutione A<sup>i</sup> 1798 unice tanquam *feudale* jus tollebatur; cum autem revera feudale non sit, lex illa ei nocere nullo modo potuit. — Caeterum, ne ulli dubio hac in re locus esset, Edicti 26<sup>i</sup> Martii A<sup>i</sup> 1814 Art<sup>o</sup> 3 nominatim restauratum est Jus Retractus; de his autem suo loco.

Alia quaestio est, an ipso silentio Codicis nostri Civilis impugnari possit Jus Retractus: nam agit tantummodo de Retractu vel potius retroemtionem conventionali Codex Civilis, a nostro retractu toto coelo differente; respondeo: impugnatur Retractus jure sanguinis absque ullo dubio: ex jure enim domini minime profluebat; personale jus erat simpliciter; et propter ipsum silentium Codicis Civilis, et maxime propter longe alia, quae circa jus succedendi ab intestato invaluerunt principia, cum juris publici institutis apprime conjuncta, exerceri non amplius potest; — praeterea, cessante causa, cessat effectus; hodie non amplius propinquorum periculo est aes alienum; cessat igitur causa retractus jure sanguinis.

Non ita res se habet quod ad jus retractus, Toparchis competens ac Emphyteutis: hoc enim ex jure domini profluit: est jus fundo inhaerens; est jus domini, bene acquisitum; praeterea Legis, *Op den Overgang van de vroegere tot de nieuwe Wetgeving*, Art. 1 explicite: »De veranderingen, welke ten gevolge der nieuwe Wetboeken in de burgerlijke Wetgeving zijn te weeg gebracht, hebben geen invloed op de regten, welke onder

vroegere Wetgevingen waren verkregen." Quam ob rationem Codicis Civilis silentium nullo modo obstat Retractui, qui et a Toparchis et ab aliis exerceatur. — Quae cum ita sint, facile ad alia procederem; verum lubet paucis tangere controversiam, quae hodie adhuc magni momenti existimari debet, circa huius juris exercitium.

### CASUS POSITIO.

A possidet fundum C, subjectum Juri Retractûs, Toparchae B competenti; A fundo C alios adjunxit fundos alodiales, qua ipsa conjunctione eorum fundorum aestimatio valde crevit; A fundos eos sic conjunctos vendere cupit, non vero separatos, ne separatione ea minuatur pretium.

Quaestio 1<sup>a</sup>. B, Jure suo Retractûs uti cupienti, emtione venditione contracta de fundis conjunctis, num unice retrahere licebit fundum C a caeteris distractum, an vero coactus erit, una cum fundo C ceteros quoque, adjunctos ab A, retrahere fundos?

Quaestio 2<sup>a</sup>. Num B, allato futurae illius emtionis venditionis nuncio, cogere poterit A ad separatam venditionem fundi C? vel emtione venditione contracta, num recte in jus vocare poterit A propter conjunctam illam venditionem?

Ad 1<sup>am</sup> respondeo: Toparcham B fundum C retrahere, a ceteris distractum, non fas est, sed cogetur, ceteros quoque fundos alodiales, fundo C adjunctos ab A, retrahere, si postuletur scilicet.

Ita enim jam judicatum est apud GUID. PAPAM, *Quaest.* 509, NICOL. BOER, *ad Consuet. Bituricenses*, rubr. de la retenue des biens féod. §. 1, CHRISTINAEUM, *in Decis. Cur. Belg.* Vol. 6 Dec. 32, 33 et 72; ROSENTHAL, *in tract. feud.* Cap. 9, membr. 2,



Concl. 91 1), quamvis pauci sustineant, *quod per conjunctam venditionem alicui adimi nec debet nec potest, quod consuetudine et jure ei competit.*

Horum autem paucorum sententiae objiciendum existimo, ea conjunctione nihil adimi. Praeterea P. BORT 2) his verbis: »Doch is omtrent de voorsz altercatie remarquabel seecker temperament, 't welck ontrent gelycke saecke wert gevonden, in de Costumen soo van den Leen-Hove van Dendermonde Cap. 8, van Naerhede, art. 4 et 5, alsmede van den Leen-Hove van Mechelen, Cap. 4, art. 20, alwaer gestatueert is, als 'er diversche gronden verkocht werden by eenen koop, 't zy dat de selve alle zijn Leen, ofte oock in parthye erve, dat als dan de naest bestaende niet en vermach calengeren de Leenen, ofte elck alleen, maer schuldich is te calengeren den geheelen koop, al waert dat een deel van dien niet calengierlijk en waere, sonder die te splyten, in welcken geval niet te min den koper vermach te behouden het voorsz. deel de naerheden niet subject zijnde, indien het hem beliest, op beoorlijcken pryse ende estimatie.»

Denique *et ferre debet, qui Retractûs jure fruitur, omnes servitutes, quibus venditor gravaverit fundum retractui obnoxium, et fundum iisdem ipsis conditionibus retrahere tantummodo ei licet, quibus tertius emerat, quam ob rationem ingeniose dicebatur, ut supra jam attuli, ille, qui Retractûs jure usus erat: die syn voeten heeft gesteken in des Koopers schoenen* 3).

1) Cf. P. BORT, loc. cit. §. 26.

2) Loc. cit. §. 27.

3) Qua de re P. BORT, l. c. §. 28: Den Leen-Heer het verkochte ofte andersints verhandelde Leen aen hem behoudende, is schuldich te gedoogen al de servituyten ende lasten, by den Leen-man, ofte by desselfs voorsaeten daer op

Quod si verum de servitutibus, quae non injuste fortasse ademptionem quandam constituere haberi possunt, multo magis verum esse debet de aliorum fundorum conjunctione, quae nullo sensu quid adimere existimanda est.

Jam vero in casu, caeterorum fundorum conjunctionem sive servitutem ducas, qua gravatus sit fundus C a venditore A, sive emtionis venditionis conditionem existimes, qua fundum C emat tertius, in utroque tamen ut suo jure utatur B, coactus erit fundos retrahere conjunctos 1).

Ad 2<sup>am</sup> respondeo: B non potest exigere ab A separatam fundi C venditionem: dormit enim Jus Retractus, quamdiu emtio venditio nulla obtinet; modo expergiscitur, quo momento contracta est emtio venditio 2). Quapropter minus etiam concedas B facultatem sive optionem conditionis vel modi venditionis, quam praeferat A: huic enim licet aut vendere aut non vendere, vendenti vero quocumque modo pro lubitu.

E quibus facile deducitur, A, quolibet quidem modo qualibetque conditione vendiderit, cum suo jure vendiderit, nullo fundamento in jus vocari posse a B.

wettelyck gestelt, ende oock 't geene den Leen-man daer uyt voor hem by deselve handelinge heeft bedongen."

1) Quodammodo fortasse huicce comparare posses principium ex aequitate haustum, (cf. DIEPHUIS, *Het Ned. Burg. Regt* III, N<sup>is</sup> 401—403), quod valet in Cod. Civ. Art<sup>is</sup> 659 et 660, ubi de domo aedificata et consitionibus in fundo alieno sermo est.

2) Cf. GROTIUS, *Inleid.* III, 16, §. 10; P. BORT, loc. cit. §. 11.

§ XI.

**DE JURE VENATIONIS AC PISCATIONIS.**

Difficile invenias, in quod vehementius declamari soleat, quam in Venandi ac Piscandi jus, Toparchicum quod dicunt.

Venandi Jus *Regale* hi nuncupant, *Toparchicum* illi, alii *commune*, alii *dominii*; »Enfin,» ut eleganter RAEPSAET, »arrivent les déclamateurs, qui tranchant toutes les difficultés, nous annoncent doctoralement, que ce sont des droits *Féodaux*, usurpés par l'abus de la *Puissance Seigneuriale*, et aussitôt le *crucifigatur!*»

Quamvis ex juris Naturae ac Gentium principiis Jus Venandi ac Piscandi idem sit atque occupatio, cum ferae ac pisces nullius habeantur, juris tamen huius exercitium nemini ex lege competere potest, nisi cui pleno jure dominium sit fundi et aquae 1). Et hodie civiles quoque leges Venationis ac Piscationis jus partem agnoscunt juris domini 2), non vero fructuum fundi, nisi sane fundi cuiusdam unicum fructum efficiant Venatio et Piscatio 3).

Difficile Jus Venandi ac Piscandi universe *Regale* fuisse probes 4), nec unquam, credo, in Patria nostra a Principe exer-

1) Cf. *Instit.* Lib. II, Tit. 1, §. 12.

2) Cf. B. W. B. Art. 641.

3) Cf. RAEPSAET, *Analyse*, caet. Livr. IV, Chap. IX, Oeuvr. compl. IV, p. 504. Ita etiam conciliantur l. 9, §. 5, 62 princ. D. de *Usufructu*, l. 26 D. de *Usuris*, l. 12, §. 12 et l. 22 D. de *instructo vel instrum. legato*. An non hodie tamen Jus venandi ac piscandi partem efficere fructuum fundi revera existimandum sit, omnino dubito.

4) Patrocinium contrariae doctrinae praebet GROTIUS, de *Jure B. et P.* II, 8,



citum est, nisi in fundis ipsi propriis, et alodialibus vel privatis, et domanialibus (Domeingoederen); nec unquam etiam, ni fallor, Principes eius juris exercitium sibi arrogare conati sunt in Toparchiis aliorum privatorum *cum* alodialibus, tum feudalibus 1), nisi saltem, quoad has, expressis verbis sibi retinuissent jus illud. Hoc principium tamen nonnunquam non agnoscitur; contra vulgo hodie perhibetur, Jus Venandi in *fundis quoque privatorum* partem effecisse Regalium Principis, teste sententia Supremae Curiae Haganae, lata d. 5 Junii A<sup>i</sup> 1833 in causa inter Viros Nob. D. VAN TUYLL VAN SEROOSKERKEN, Toparcham a Maarssen, et J. F. VAN REEDE: »Overwegende, dat van ouds en tot aan het jaar 1795 het regt van de Jagt ook op de gronden van particulieren in de Provintie van Utrecht heeft behoord tot de Regaliën van den Souverein, die daarover naar welgevallen kon beschikken,» caet.

Quodsi *Regale* agnoscamus Jus Venationis (non *ab antiquo* sed *novissimis saeculis*), minime tamen concedimus, huius juris exercitium se extendisse over DE gronden van Particulieren, i. e.

9, a quo tamen dissentit PESTEL, *Comment. de Republ. Batava*, Ed. A<sup>i</sup> 1782, §. CCVII.

1) Cf. Ampl. RENDORP, *Verhandeling over het Recht van de Jagt*, pag. 2, 17, 19, 20, 21 et 23 caet.; denique pag. 112 his verbis: »Welke waarschijnlijkheid is er, dat de Edelen door gansch Holland, ja in hunne eigene goederen niet anders zouden hebben mogen jagen, dan een of tweemaal 's week's: alleen op haas of op conyn: niet meer dan met Zeel-Winden en 'in eigen persoon? Daar zy immers van ouds 't zelfde regt in hunne bezittingen, als de Graaf in de zynen, hadden. Ieder was Heer en Meester in en op zyne goederen, en de Graaf hadt in dezelve niets te gebieden, nog konde van hem eischen, dan Lecnman's diensten..... Welke waarschijnlijkheid is 'er, dat de Edelen zig zodanig in hun regt zouden hebben laten verkorten, en niet zonder 's Gravens toestemming hebben durven jagen?» caet.

*supra omnes fundos privatorum*; accipi tamen potest, se extendisse *over gronden van Particulieren*, i. e. *supra fundos nonnullos privatorum*: recte enim distinguendi sunt fundi:

1°. Toparchiarum in feudum concessarum vel venditarum, retento jure Venationis.

2°. Toparchiarum in feudum concessarum vel venditarum cum jure Venationis.

3°. Toparchiarum alodialium (Vrije Heerlijkheden), vel fundi alodiales, qui nullius Toparchiae partem efficiunt, (hi tamen praeter Domania vel ex Domaniis venditos, fortasse raro inveniuntur).

Jam vero quod attinet ad fundos primae speciei, valeat tantum sententia Supremae Curiae; non vero quod attinet ad fundos secundae speciei; minime gentium profecto tertiae. Nec obstat huic principio Edictum 31 Augusti A<sup>i</sup> 1613, cuius mentionem facit BRITZ 1) his verbis: »Nous pourrions presque croire que le droit de chasse était rangé parmi les droits Régaliens: car les Archiducs en autorisant, par leur édit du 31 Août 1613, les Seigneurs à chasser à vol et à courre dans toute l'étendue de leurs Seigneuries, déclarent qu'ils n'entendent pas par là s'interdire le droit de chasser personnellement ou par leurs commis, quand bon leur semblera, dans toutes les Seigneuries de leurs Vassaux, même dans leurs franchises forêts et garennes." Hic enim de Toparchiis in feudum datis sermonem esse, patere mihi videtur. Concedenti igitur Toparchis jus Venationis, recte et sibi partem retinere Principi licuit,

---

1) *Histoire de la Législation et Jurisprudence des Provinces Belges etc. Op. supra jam laud. pag. 651.*

nec quidem verba: *franches forêts* difficultatem asserunt, cum jungenda ea censeam cum voce *garences* et non indicare nisi sylvas et locos venationi speciatim distincta, nobis Waranden.

Verum etiam hanc explicationem si non probares, non nisi in Belgio Meridionali vim habuit illud edictum, ubi ergo *regale* evaserit Jus Venationis; in nostra vero Patria contrarium obtinebat, teste G. VAN LOON 1): nam longe aliud quid *Bannum ferarum*, nobis Wildban, Forstban, initio scilicet certa Jurisdictio in re Venatoria, postea Regale jus factum ad feras eas nobiliores, quae *Regis pace* frui dicebantur, nobis Grof Wild, aliud *venatio*, cuius jus et exercitium domino compete-  
bat ex jure fundi pleni domini 2); et non nisi raro Regale jus illud, *Bannum ferarum* videlicet, privatis concedebatur; et adhuc hodie *Regale* habetur; paucis autem in nostra Patria Toparchis competit.

Difficile etiam fratri meo carissimo, J. L. VAN REEDE, concedere possum, sustinenti in Spec. inaug. de *Principiis Juris Venationis*, pag. 12, CAROLUM V<sup>um</sup> potestatem suam longius protulisse, quam ad sua deserta, suas forestas, suas dunas sive quemadmodum ubique dicitur, ad suos ipsius agros: »tot syn proper domeyn." Qua de re RENDORP, *Op. laud.* pag. 26: »Ik vertrouwe, dat uit derzelver" (Placaten, Ordonnantien en andere stukken, de Houtvestery aangaande) 3) »beschouwing alleen

1) *Aloude Regeeringswys van Holland*, IV, pag. 97 sqq.

2) Cf. VAN SPAEN, *Inleiding tot de Hist. van Gelderland*, IV, pag. 153; EICHORN, *Deutsche Staats- und Rechtsgeschichte*, I, pag. 163 (4<sup>te</sup> Ausgabe).

3) »De toegang," RENDORP praemonet. »die my heuslyk vergund is tot de papieren, berustende ter Charter- en Leenkamer van Holland, heeft my gelegenheid gegeven tot het nazien der aloude stukken betreffende de Houtvestery. Zy heb-



genoegzaam zal blyken, dat de Graven het afgezonderd recht tot de Jagt zig nooit toegeëigend, of aan anderen vergund hebben, dan in hunne eigene bosschen, duinen en wildernissen: dat is, zoo als zy zelven zeggen, *in hun eigen proper domein;*" et pag. 34. »Maar 't Placaat van KAREL de V, van den 26 December 1517," (Groot Plac. Boek I D. bl. 1314) »beneemt desaangaande alle twyffeling. Het is 't voornaamste dat ooit op 't stuk van de Houtvestery en Wildernisse gemaakt is: en dewyl alle de volgende Placaten en Ordonnantien van dien tyd af, tot den huidigen dag toe, op dit geschoeid zyn, zal het der moeite waardig wezen, dat wy 't zelve naauwkeurig onderzoeken.

In 't hoofd ziet men de reede, om welke KAREL toen nog maar Koning van Castilie, dit Placaat uitgeeft, namelyk om *zyne* bosschen en wildernissen in *zyne* Landen van Holland en Vriesland te doen onderhouden en herstellen: Hij belast zynen Houtvester met den toezigt over *zyne* wildernisse; en noemt by namen, de bosschen onder dezelve begreepen, van welken eenigen omheind, anderen open waren.

In 't 2<sup>de</sup> Art. verbiedt hy 't weiden van beesten in *zyne* bosschen, wildernissen en duinen; en ten blyke, dat hy door *zyne* wildernissen en *zyne* duinen niet verstaat, alle de wildernissen en duinen van Holland en Vriesland, zoo onderscheidt hy van dezelve, die van *zyne* Vassallen en Onderzaten." Et pag. 39. »Dus ziet dit gansche Placaat alleen op de bosschen,

---

ben my bevestigd in 't geen my reeds gebleken was by eene oplettende lezing van de Placaten, Ordonnantien en andere stukken, de Houtvestery aangaande, die in de Placaatboeken, by MERULA, en in andere gedrukte werken te vinden zyn."

duinen, wildernissen, enz., den Koning als Grave van Holland, in eigendom toekomende: en kan dus 't geen in dit Placaat verboden of toegelaten wordt, niet toegepast worden op bosschen, duinen en wildernissen, anderen dan den Grave toebehoorende.”

Etiam si igitur ante id tempus libera Venatio privatorum juribus non exempta fuisse videatur 1), cum inde a CAROLO V sub juribus, soli Imperanti adscriptis, contineretur, hoc tamen non nisi de Jure Venationis in Domaniis, sive locis publicis, et ipsi Principi propriis, intelligendum esse apparet.

Nobilibus nec non ingenuis olim licuisse venari in sylvis publicis ac Wastinis, nec igitur tantum in fundis sibi propriis, probat quoque G. VAN LOON 2). Mox autem sylvae ac Wastinae, quae scilicet nullius erant, nec igitur privatis recte competeabant, Domania habebantur, ergo Principis 3), — vel etiam priscis saeculis (periodo scil. Historiae Germanicae Annorum 534—888 4)),

---

1) Cf. BURMANNI, *Utrechtsche Jaarb.* I, 267, 425; MATTHAEUS, *de Jure gladii* pag. 549 sqq. PESTEL, *Comment. de Republ. Bat.* §. CCXCII; uberius in nova Ed. A<sup>i</sup> 1795, §. CCXLIX, pag. 433 sqq.

2) *Op. laud.* IV, pag. 100. Jus venandi non nobilibus solum aut civitatum majorum civibus, sed minorum etiam oppidorum civibus in Transisalaniam olim commune fuisse, nec unquam omnino esse desiisse, evincere studuit RACER, *Verhandeling over het Recht der Jagt van de kleine steden in Overijssel* enz. et *Overysse'sche Gedenkstukken* passim.

3) Vid. quoque JACOB GRIMM, *Deutsche Rechtsalterthümer*, pag. 248: »Allein mit der zeit verengerten sich die gemeinen Waldungen, nur kleine flüsse oder bäche verblieben dem volk, über grosse reviere und ströme behaupteten die fürsten schutz und bann, wodurch die leute ausgeschlossen wurden von dem holzen, jagen und fischen.“

4) Cf. EICHHORN, *Op. laud.*

majores sylvae nonnullae a Regibus, nec non fortasse quoque a Magnatibus usurpatae sunt 1).

Jam vero cum nemo dubitet, Principi olim recte competiisse *domania* et alienare ea licuisse, non minus quam alia bona, constat illi quoque unice, i. e. caeteris exclusis, naturaliter competiisse Jus Venationis ac Piscationis in iis: etenim cuius plenum est dominium, huius etiam est jus e dominio profluens; quam ob rem concedere nequeo, CAROLUM V silvas quasdam *domaniales* usurpasse, quamvis omnibus interdixerit, quominus ibi venarentur. Ita quoque *RAEPSAET* 2): »Chacun ayant le droit de chasse et pêche dans ses propriétés, le roi l'avait et ne l'avait pas ailleurs que dans ses domaines; aucune charte de ces anciennes lois nationales n'en fait un droit *souverain*, qui se fût étendu par tout le royaume; il eût même été incompatible avec l'existence du droit de chaque propriétaire

---

1) Qua de re EICHHORN, *Op. laud.* I, pag. 450: »Die grossen Waldungen, welche sonst im Gesamteigenthum eines oder mehrerer Gauen gestanden hatten, wurden in dieser Periode dem bisher unbeschränkten Gebrauch der Markgenossen in vielen Gegenden entzogen; der König fand für gut sie zu schliessen, und nur ein beschränktes Benutzungsrecht den bisherigen Eigenthümern zu verstatten, das die Jagd gewöhnlich gar nicht in sich schloss, und nicht mehr durch das Eigenthum, sondern nur durch das Herkommen, oder ausdrückliche Privilegien gerechtfertigt werden konnte. Ein solcher Wald hiess ein *Forst*, und wurde durch den Königsbann, den jeder erlegen musste, welcher sich einen Eingriff in die königlichen Rechte erlaubte, natürlich ein *Bannforst* (CAROLI MAGNI, *Capitul.* I, a. 802, Cap. 39). Auch manche Grosse mögen sich schon ähnliche Rechte an dem gemeinen Eigenthum angemasst haben (LEDOV. v. *Capitul.* IV, a. 819, Cap. 7). Dergleichen Forsten wurden übrigens von den Königen wie andere fiscalische Güter behandelt, und also auch schon verschenkt und als Beneficien gegeben." (CAROLI M., *Dipl.* in MÖSERS *Osnabr. Gesch.* Th. I, Doc. 2, V.).

2) *Op. laud.* pag. 507.



particulier; aussi nos souverains ne l'ont-ils jamais exercé, ni prétendu exercer dans les seigneuries particulières, féodales ou allodiales." — Explicite quoque RENDORP 1), his verbis: »Wy mogen dan, zoo 't my voorkomt, met recht..... besluiten: Eerstelyk: dat die bezittingen, die van ouds door de Opperheeren dezer Landen genaamd zyn geworden *onze Houtvestery en Wildernisse*, haren palen en Limiten gehad hebben; en zig niet gestrekt hebben buiten de bosschen, duinen en wildernissen, die den Graven in vollen eigendom toebehoorden, en hun eigen *proper domein* waren. — Ten tweede: dat de Placaten en Ordonnantien op 't stuk van de Houtvestery, duinen en wildernissen gemaakt, eenige weinige artikelen uitgezonderd, op die Graaflyke bosschen, duinen en wildernissen alleen toepasselyk zyn; en dat al 't geen daar in verboden, geboden of vergund wordt, niet kan worden uitgebreid tot plaatsen, buiten die Graaflyke bosschen, duinen en wildernissen gelegen."

Nusquam sane invenitur, Comitibus tributam fuisse Venationem alio modo quam primitivis donationis instrumentis Regum Francorum, vel in ipsa acquisitione cuiusdam fundi, cui Venationis jus inhaerebat; quod igitur ipsis non Majestatis sive Superioritatis, verum fundi domini nomine omnino competeat.

Tute igitur statui potest, Jus Venationis partem efficere juris fundi domini, neque unquam fuisse Regale.

Nec magis feudale jus fuit: illa enim pars juris fundi domini jam competeat fundi possessoribus longe ante ortum feudale Regimen; testantur leges Salicae, Ripuariae, Burgun-

1) *Op. laud.* pag. 106.

dicae ceteraeque leges Germanicae 1); quod affirmat quoque GRIMM 2): »Auch lehren die alten übertragungsformeln: *cum silvis, aquis aquarumve decursibus*, dass wälder und gewässer »dem gewöhnlichen eigenthums und benutzungsrecht unentzogen waren.“

In instrumentis Saeculi VI<sup>i</sup> fere semper haec legitur formula: »cum rivis, fontibus, aquis perennibus, liminibus limitibusque;“ vel etiam: »fontibus, rivis, aqua perenni 3);“ vel etiam: »terris, domibus, aedificiis, accolabus, mancipiis, vineis, silvis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus 4).“

In instrumentis inde a Saeculo VII: »cum agris cultis et incultis, silvis, pratis, aquis, aquarumque decursibus.“

In instrumentis fundorum concessorum in nostra Patria, quae sequuntur, potissimum inveniuntur formulae:

A<sup>i</sup> 1299: »bona prout sita sunt, in hominibus, judiciis, juris-

---

1) Cf. quoque CAROLI MAGNI, *Capitul. de Villis*; DU CANGE, ad voces: *venari, Venatio, piscatores, piscatorium*; RAEPHAET, *Op. laud.* loc. cit. pag. 504.

2) *Deutsche Rechtsalterthümer*, pag. 247 sq.

3) Cf. SPANGENBERG, pag. 197 (a<sup>o</sup>. 587) p. 213 (Saec. VI<sup>o</sup>) pag. 245 (a<sup>o</sup>. 540) pag. 275 (a<sup>o</sup>. 572) pag. 283 (a<sup>o</sup>. 591) cit. GRIMM.

4) Cf. MARCUFI formulae I, 13. In instrumentis Germanicis recentioribus (A<sup>i</sup> 1297) »mit alle dem daz darzue gehoeret, versuechtez und unversuechtez, ze veld u. ze holz, ze berg u. ze tal, mit wismat, mit dem müslag u. mit dem purchstal oder wie ez genennet ist.

(A<sup>i</sup> 1410) ez sei an hus an hofstat, an garten, an äckern, an wisen, an brueelen, an owen, an werden, an egerden, an waid, an trat, an steg, an weg, an holz, an holzmark, an wasser, an wasserleiten, under der erde u. ob der erde, es sei besucht oder unbesucht, benemt oder unbenemt.

(A<sup>i</sup> 1510) mit grund und boden, ob erd u. under erden, (cf. lex Sal. 61: *nec subtus terram nec supra terram*) gar nichts ausgenommen noch hind angesetzt;“ quae citantur inter alia multa a GRIMM, *Op. laud.* pag. 43.

dictionibus, nemoribus, pratis, pascuis, molendinis, aquarum decursibus, paludibus ceterisque suis attinentiis 1).

A<sup>i</sup> 1299: »in nemoribus, pratis, pascuis, aquarum decursibus, piscariis, terris cultis et incultis, cum justitiis omnibus, et hominibus utriusque sexus cuiuscunque status vel conditionis existant, habitis et habendis 2).»

A<sup>i</sup> 1331: »mit mannen, mit luden, mit tynse, mit ketelgelde 3), met hoeare, mit naten, mit droegen, mit bosschen, mit beemden, mit broken 4), mit water, mit weyden, mit stegen, mit straten, mit wegen, mit onwegen, caet. 5).»

Incerti anni: »cum thelonijs, fermentis, redditibus, grandijs 6), curtibus, mansionibus, molendinis, decimis, piscariis, aquis aquarumque decursibus, terris cultis et incultis, pascuis, pratis, nemoribus, feris bestiis, domitis et indomitis, servis, mancipijs, tallijs, exactionibus, procurationibus, juribus, jurisdictionibus, dominiis altis et bassis, utilibus et directis, ceterisque omnibus et singulis juribus, redditibus, proventibus et obuentibus dictae terrae vniuersis, in quibuscunque speciebus existentibus, ad nos pertinentibus, nullo penitus excluso,» caet 7).

Jam vero plus semel monuimus, bene tenendum esse, Top-

---

1) Cf. IS AN. NYHOFF, *Gedenkwaardigheden uit de Geschiedenis van Gelderland. Verzameling van Oorkonden*, N<sup>o</sup>. 66, pag. 75.

2) Ibid. N<sup>o</sup>. 63, pag. 67 sq.

3) Puta: *de gruit*. cf. NYHOFF, *Op. laud.* pag. 3 in adnotat. (1).

4) Puta: *broekgronden, veenen of lage moerassige velden*, ibid. in adnotat. (4).

5) Puta: *ongebaande plaatsen, woeste gronden, latine inuia*, ibid. in adnotat. (5).

6) Verosimiliter legendum *grangius, chranchius*, cf. NYHOFF, loc. cit. in adnotat. (6).

7) Cf. NYHOFF, ibid. N<sup>o</sup>. 252 (d) pag. 266.



archias hodiernas ab antiquo alodiales nihil aliud fuisse, nisi antiquas illas villas, quarum omnes aquae, aquarumque decursus, et omnes fundi pleni domini titulo possessoribus recte competiverint; ergo quoque Jus Venationis ac Piscationis, profluens scilicet e fundi dominio.

*Toparchae* postea evaserunt earum villarum possessores; Regia delegata Jurisdictione, et ipsae villae *Toparchiae*. Sed Jus Venationis ac piscationis ex Jurisdictione originem non ducit: nam Dominis jam competiverat ante delegatam vel concessam Jurisdictionem.

Saeculis XIII et XIV, tempore scil. manumissionum, *Toparchae* suas *Toparchias* in minutas partes discindebant, earum fundi partium utile dominium manumissis colonisque concedentes, retento directo, retentisque juribus nonnullis, redditibus ac praestationibus; quae jam saepius probare conatus sum. Praeterea hâc de re ita RAEPSAET 1): »Car bien qu'au XIII<sup>e</sup> siècle et successivement ils (*Toparchae* scil.) aient affranchi leurs serfs et converti leurs *casalagia* ou métairies en *emphytéoses perpétuelles* à la charge d'une redevance en nature ou en argent, qualifiée présentement de *redevance foncière* ou *rente seigneuriale*, indice permanent de l'ancienne tenure de la *villa*; toutefois, cette constitution d'emphytéose perpétuelle n'a transféré à l'emphytéote ou propriétaire actuel du fonds grevé, que le *domaine utile* et nullement le *domaine direct*, ni aucun droit au-delà du *domaine utile* lequel ne consiste que dans le droit de recueillir les fruits du fonds grevé; il s'en suit, que ce propriétaire utile ne peut avoir aucun droit à la chasse ou à la

---

1) *Analyse*, etc. IV, pag. 505, sq.

pêche sur son fonds, parce que ces droits ne consistent point en fruits du fonds, et que le propriétaire ou seigneur *direct* a retenu ces droits personnels et domestiques, attendu qu'il ne les a pas abdiqués ni jamais transférés au propriétaire *utile*; si l'on n'avait pas des preuves écrites de cette retention, ne se prouverait-elle pas par la paisible possession dans laquelle les seigneurs se sont maintenus depuis la conversion de casalages en emphytéoses perpétuelles, c'est à dire, depuis six siècles? sans doute, faute de céder ou transférer ces droits au propriétaire utile, ils se trouvaient par cela seul réservés et retenus par le bailleur ou propriétaire direct; cependant il doit y avoir eu des cas, où l'on a pu douter, si le droit de chasse et de pêche était compris ou non dans la cession de l'objet *baillé* ou concédé, et dans ces cas il n'est pas rare de trouver le droit de chasse et de pêche expressément retenu; ainsi, dans la donation d'un moulin, de l'écluse et des marais dont les eaux alimentaient le cours d'eau du moulin, faite en 1284, le droit de chasse dans ces marais est expressément retenu »*retento etiam nobis et nostris omni usu venandi in dictis vorticibus* 1);" ainsi encore, dans une donation, que fait le comte de Hainaut, en 1231, à l'abbaye de ST. JEAN, à Valenciennes, de douze mesures dans ses forêts, il se réserve *expressément* le droit de chasse; »*nobis et heredibus nostris altam justitiam et cachiam venationis in praedicto nemore retinentes* 2)." Ainsi enfin, dans une donation faite à l'abbaye de ST. AUBIN, il lui est fait donation d'une metairie, mais avec

1) DU CANGE, verbo *venari*.

2) MIRAET, Tom. I, pag. 255, 312, 319, 384, 713 et 750.

un seul pêcheur dans le cours d'eau, qui y passe, *cum uno piscatore* 1).”

E quibus omnino concludimus, Jus Venationis ac Piscationis, quamvis *Toparchicum* dictum, minime *Toparchicum* esse habendum, quale viget in Toparchiis ab antiquo alodialibus, nec ergo recte impugnari posse ex alinea 2<sup>a</sup> nostri Articuli.

Videamus autem de Toparchiis ante sacculi superioris finem feudalibus. Jam saepius monuimus, necesse esse, in feudo si adscendas, ad alodium pervenias: in manu scil. Principis *alodiale* verosimiliter erat bonum, in feudum concessum; quod sane valet de Domaniis. Principi ergo licebat, *vel* sibi retinere Jus Venationis et Piscationis ceteraque jura, redditus, praestationes, pro lubitu, *vel* concedere; si autem una cum utili dominio fundorum, et certam directi dominii partem concesserit Princeps vel feudi Dominus, ex. gr. Jus Venationis ac Piscationis, num ex hoc ipso facto inferas haec jura, non e fundi dominio, verum ex alio fonte, ex Jurisdictione scil. profluere? Nemo profecto contendet 2). Ita quoque domino feudali cum fundi partem iterum in feudum dare liceret (in achterleen), nihil obstabat, quin *vel* concederet *vel* retineret Jus Venationis ac Piscationis, alia.

Nec ergo in Toparchiis ante A<sup>um</sup> 1798, vel potius ante A<sup>um</sup> 1801 3), feudalibus Jus Venationis ac Piscationis recte *Toparchicum* haberi potest, nec impugnatur ex alinea 2<sup>a</sup> nostri Articuli.

1) DU CANGE, voce *piscatores*.

2) Cf. KAEPSAET, loco supra citato, pag. 505 sqq.

3) An Constitutioni A<sup>i</sup> 1798 vis legis tribuenda sit, omnino dubitare licet.



Quae plus semel propugnavimus universi fundi priscae domini principia, ea a Fisco quoque agnoscuntur, cum de fundis omnibus, etsi hodie a diversis dominiis titulo possideantur, non nisi una vice exigatur juris Registrationis, quod vocatur, solutio a Toparcha. Secundum eadem quoque principia, dissectionis sive sudium venatoriarum ponendarum modus obtinet; sudes nempe in Toparchiis, Venationis jure gaudentibus, eodem modo poni solent ac quocumque in fundo privato.

Non sic res se habet in fundis, qui singulari Venationis jure fruuntur, quique veniunt nomine *Venationis Equestris* (Riddermatige Jagt): in his enim orbiculatim poni solent sudes.

Ex fundi dominiis jure profluere non videtur singulare hoc jus, equestri Ordini olim competens; sed potius insigne privilegium effecisse apparet 1), consistens in largitione liberae Venationis cum exclusione omnium, vulgo tamen ad dies vitae, per certum spatium decempedarum, circulo e medio praedii praetorii (Riddermatige Hofstede) deducendo.

Ita ex. gr. ex privilegio archiepiscopatus Teylingianae a Comitibus Hollandiae Placito 27 Martii A<sup>i</sup> 1524 spatium unius miliaris ad Venationem primum indultum fuit 2). »Dat niemandt wie hy zy, hasen en vange omtrent de huysinghe van Teylinghen op een myle ommegeens van den selven Huyse,» sub poena decem florenorum, quod postea in sequentibus Placiti relectionibus ubivis fuit repetitum, aliis poenis adjectis.

Ejusmodi insigne privilegium, Ordini equestri in Hollandia datum, occurrit in Plac. Ordd. Holl. 25 Januarii 1716, Art. 34.

1) Cf. TROTZ, *Jus Agrarium foederati Belgii*, Tom. II, pag. 334.

2) Cf. MERULA, *van de Wildernissen*, pag. 66, Art. 4.

»Dat wyders aan de Heeren in de Ordre van de Ridderschap en Edelen van Hollandt en West-Vrieslandt jegenwoordigh beschreven, of die namaals daerin beschreven sullen werden, tot haer gerief ende vermak sal werden vergunt, soo telkens voor haar leven en langher niet, een vrydom van tweehondert vyftig roeden *in het ronde*, getrokken uyt den middelpunt van een van haere Riddermatige Hofsteden, aen deselve in eygendom toebehorende, en uyt welckers hoofde sy in de Ordre van de Ridderschap kunnen worden beschreven, die sy tot dien eynde sullen goetvinden te assigneren en aan te wysen aan de Lieutenant Houtvester en Meesterknaben,” caet., ut scil. ab his limites designarentur in quantum fieri posset, sine vicinorum detrimento.

Luce clarius ergo patet, primum ex Jurisdictione non profluere Jus Venationis Equestris, cum saepissime concederetur personis vel fundis, nulla jurisdictione gaudentibus, nec igitur haberi posse Jus Toparchicum; deinde nec directe e fundi dominii jure profluere, sed potius esse privilegium, a Summo Imperante paucis quibusdam concessum; ideoque, mutata Regiminis forma, defendi non amplius posse hodie Jus illud singulare.

Verum praeter Jus istud Venationis Equestre, *jus personale* scil., belgice quoque Vrydom vocatum, ut citatis Placitis probavimus, alius generis immunitas existebat maxime in Provincia Trajectina 1), vi Art. L der Nieuwe Jagdreglementen van

1) Similis fere immunitas praediis omnibus eorum, qui Venandi jus haberent, concessa erat Edicto Serenissimi Praefecti GULIELMI IV in Frisia; cf. Jacht-reglem. Art. 3. »Dat de zulke, als voren gequalificeert en geadmitteert tot de

Utrecht 18 Sept. A<sup>o</sup> 1750 1) non personalis, sed fundo inhaerens, quae immunitas minime confundenda videtur cum illa Venationis immunitate Equestri, sive potius Jure Equestri. Sequuntur verba citati Articuli:

»1<sup>o</sup>. De gequalificeerde niet vermogen, omtrent een Ridderhofstede van een gequalificeerden, tot de Jagd, nader te komen jagen of schieten als op 200 Roeden, en op 25 Roeden uit alle besloten Tuinen, en van alle Hofsteden, Bergen, Schepen- en Duyf-huyzen op pene van 40 Guldens.

2<sup>o</sup>. En zal het de Bezitters vry staen, van de Ridder-Hofsteden de 200 Roeden met paelen te doen afzetten, opdat daerdoor vele disputen weggenomen mogen worden.

3<sup>o</sup>. Gelyk mede alle Riddermaetige personen met hunne Hofsteden digter dan 200 Roeden by den anderen gelegen, malkanderen in alle Vriendschap zullen moeten verdragen.”

Haec igitur immunitas non uni tantum praediorum equestrium, si plura videlicet possideret Dominus quidam, sed omnibus inhaerebat; praeterea praediis equestribus non solum, sed praediis quoque non nobilibus, scil. »Hofsteden, Be-

---

Jagd, verplicht zullen zyn in het jagen een distantie van tweehondert en vyftig Roeden af te blyven van de Heerenhuysen en Hornlegers, die bewoond worden door personen insgelyks tot de Jagt gequalificeert en geadmitteert by een boete van vyf en twintig gulden.”

Inter equestria et vulgaria praedia in Frisia distingui hand poterat, adeoque par omnium erat conditio, quia ratione praediorum et fundorum nec in jure suffragandi, nec in Venatione nobilitas gaudebat ulla praerogativa, nisi quod et sine praediis solius nobilitatis intuitu Venationis esset capax; cf. *TROITZ, Jus agrar. feoder. Belgii*, II, pag. 337.

1) Nederl. Jaerboeken, A<sup>o</sup> 1750, pag. 1414; cf. quoque Ordonn. 18 Julii A<sup>o</sup> 1781, Art. 56.



sloten Tuinen, Bergen, Schepen- en Duif-huysen," nimirum praediis omnibus, nullis exceptis; his, quamvis minoris circuitus, (25 scil. decempedarum), competebat non minus, quam illis (200 decempedarum scil.), ob dignitatem et amplitudinem 1). Quod jus non ad vitae dies tantum competebat, sed in sempiternum, secundum ipsam rei naturam, quippe jus reale sive fundo inhaerens.

Perperam autem explicares hanc immunitatem, si ex ea deduceres, ne fundi domino quidem ipsi in eiusmodi immunitate venari licere; non ita res se habet: ipsi enim domino, modo Venationis jure gauderet, intra immunitatis suae circuitum venari semper licebat; verborum vim ac potestatem revera violares, si aliter interpretareris. Nisi ita accipias, quomodo explicabis, quae sequuntur: »gelyk mede alle Riddermaetige personen met hunne Hofsteden digter dan 200 roeden by den anderen gelegen, malkanderen in alle Vriendschap zullen moeten verdragen:" quidnam enim tolerandum esset, quaeso, si ipsis quoque Dominis in immunitatibus sibi propriis venationis exercitium interdictum fuisset? Tamen, et hoc bene tenendum est, ipsa haec immunitas, per se, venandi facultatem nunquam conferebat; quae omnino adesse debebat, ut immunitas 200 decempedarum concederetur.

Jam vero, si quaeras, quannam ob rationem sudes poni in praediis equestribus permittatur, non vero in caeteris, lex ipsa respondet: »opdat daer door vele disputeren weggenomen mogen worden;" praeterea, quod jam indicat ipsa rei natura; 25 decempedae facillime nudo adspectu fere computantur; dif-

---

1) Cf. TROTZ, *Op. laud.* pag. 336.

ficile autem 200 decempedarum intervallum nudo aestimares adspectu; cuius majoris intervalli aestimationi insuper obstare possunt loca sylvatica aliusve generis impedimenta; inde sudes.

Eiusmodi immunitatis concedendae causa movens facile exponenda, propter ignis scil. periculum et mansuetorum animalium fugam 1). Ob dignitatem ac amplitudinem immunitas latius patens concessa est praediis equestribus, quod tamen ansam praebuit interpretationi malignae: ne nimis incommodarentur nobilium molles nervi auditùs armorum igniferorum strepitu nimis propinquo 2).

Cum in Frisia, ut supra monui in adnotatione, non omnibus praediis, sed iis tantummodo, quae Heeren-huysen et Hornlegers vocantur, eiusmodi immunitas concessa esset, quin etiam horum tantum illis, quorum possessores Venationis essent capaces, difficile, propter ignis periculum et mansuetorum

---

1) Cf. TROTZ, loc. cit.

2) Simile quid risu dignum narratur a GRIMM, *Deutsche Rechtsalterthümer*, pag. 355 sq. »Dicht vor dem gutscherrlichen schloss im dorf Laxou bei Nancy lag ein tiefer sumpf, den die armen leute in der hochzeitnacht des fürsten peitschten, damit die frösche nicht quakten. Im anfang des 16 jh., als sich der herzog von Lothringen mit Renata von Bourbon vermählte, wurde ihnen dieser herkömmliche dienst erlassen. Er herrschte auch in den lothringischen dorfe Montureux; wann der abt von Luxeuil sein lager bei ihnen nahm, schlugen sie den weiher und sangen:

»pâ, pâ, repotte, pâ! (paix, grenouille, paix)

»Veci mr. l'abbé, que diu gâ!» (garde)

Dan sal der man von me hause mime hern ein bedde spreiden, da mins hern gnaide von Prüm up rasten moege; kan he nit gerasten vur geschrei der Vrosche, so sind lude im kirspel, die ir erf u. guter daraf haint, dat si die vrosche stillen sullen, dat mins h. gn. rasten moege," caet.

animalium fugam eam immunitatem concessam esse, dicas. Verum eam immunitatem Friscam non huiusmodi generis fuisse, existimo, sed magis propter Venationis exercitium concessam, quod ex eo colligendum opinor, quod iis praediis tantum indulta sit haec immunitas, quorum possessores Venationis jus haberent 1).

Magni momenti quaestio in censum venit, quod attinet ad jus sudium ponendarum, praediorum equestrium possessoribus competens; scil. an, vi huius immunitatis, jus habeat dominus, venatorias ponendi sudes in fundis aliorum privatis? vel aliis verbis: an immunitas haecce supra fundos alienos evagetur?

Respondeo: olim, cum Principi competeret jus venationis in fundis universis (exceptis sane casibus supra allatis), recte id jus habere poterat dominus, vel recte evagari immunitas. Ita quoque existimares, Supremae Curiae Hagae Comitibus visum fuisse, d. 5<sup>o</sup> Junii A<sup>i</sup> 1833, in causa inter V<sup>s</sup> N<sup>s</sup> D. VAN TUYL VAN SEROOSKERKEN, Toparcham a Maarssen, et J. F. VAN REEDE, his verbis: »Overwegende, dat die beperking van de bevoegdheid om te jagen van andere gequalificeerden slechts daarstelde een vrijdom van de *publieke jagt* ten behoeve van de gequalificeerde eigenaren van Ridderhofsteden binnen de twee honderd roeden van dezelve en dus was van eenen negatieven aard, doch dat die herroepelijke wettelijke bepaling geenszins inhield den afstand van het Regaal der Jagt van de Souverein *op de gronden aldaar gelegen* of de toekenning van een positief regt van Jagt *op die gronden;*” quod revera obtinebat in altera immuni-

---

1) Cf. TROTZ, loc. cit.



tate equestri, ad dies vitae concessa, de qua supra egimus. Verum hodie jus illud Venationis cum non amplius a Principe retentum, sed una cum fundo translatum, habendum sit, praeterea cum Jure nostro civili confirmatum sit Jus Venationis, fundi domini sequela, nunc quum immunitates memoratae sint privilegia; prae caeteris saltem privilegia habendae sint immunitates, *praediis Equestribus* indultae, pejoris ergo juris sint, quam fundi domini sequela directa; per se jam patet, pejus meliori juri cedere oportere. Nisi ita accipias, minora praedia equestria privilegio gauderent prae majoribus, prae iis scilicet, quae latius e medio evagantur 200 decempedis; quam ob causam positio, eiusmodi videlicet immunitatem hodie adhuc evagari supra fundos aliorum privatos, ad absurda duceret.

Alia non minoris momenti quaestio haec est, an eiusmodi immunitas 200 decempedarum hodie adhuc vigeat? Respondeo: Huiusmodi immunitas cum toto coelo differat ab altera immunitate equestri, jus Venationis exercendae secum ferente, quam hodie non amplius defendi posse, supra probavi, diversam inquirendi viam ingrediamur, necesse crit.

Natura huius immunitatis non erat feudalis, quippe praediis omnibus, nullis exceptis, concessa. Ergo in censum venire non possunt leges de tollendo Regimine ac nexu Feudali; quam ob causam etiam, eo saltem respectu, Edicto d. 8 Febr. A<sup>i</sup> 1815 in hac quaestione solvenda opus non est; praeterea de altera immunitate, quam positivam dicunt, tantum agit illius Edicti Art. 1: »Aan de eigenaars van Heerlijke regten, Ridderhofsteden en havezaten, welke bevorens *het regt van de jagt* bin-

nen zeker district, ook op gronden van particulieren toebehoorende wettig hebben gehad," caet.

Contra quaestio est, an non huius ipsius Edicti articulo 6<sup>o</sup> sublata sit haec, de qua nos loquimur, immunitas. Sequuntur verba Art. 6<sup>i</sup>. »Insgelijks wordt op gelijke pene 1) aan allen en een iegenlijk, hetzij hij de jagt uitoefent uit krachte van eenig Heerlijk regt, dan wel bij speciale vergunning, wel expresselijk verboden, om binnen den afstand van *twintig* roeden van woonhuizen, met schielgeweer te jagen, zonder daartoe van de bewoners dier huizen te hebben bekomen uitdrukkelijke schriftelijke permissie."

Edictum igitur d. 8<sup>i</sup> Febr. 1815 immunitatem illam omnibus praediis communem sancivit; hanc autem praediis equestribus competentem majoris extensionis silentio praeteriit; ob quam unicum causam tamen haec sublata non habenda videtur: nam immunitas haecce latius patens, solummodo, ni fallor, inveniebatur in Provincia Trajectina, vi Edictorum A<sup>i</sup> 1750 et A<sup>i</sup> 1781, cum Edictum A<sup>i</sup> 1815 toti Regno commune sit; quod Edictum nec verbis expressis tollit illa Annorum 1750 et 1781, nec his ita contrarium duci potest, ut tacite eo abrogata duci possint.

Cum autem quaestio moveri possit, an non hoc privilegium, idque quidem quia non nisi privilegium erat, jam sublatum habendum esset, quippe rerum statui principiisque Juris publici, cum priori saeculo exeunte et hocce ineunte, tum sub dominatione Gallica vigentibus, prorsus contrarium, temeraria non videtur positio, ut, quod etiamnunc recte vigeret,

1) Cff. Legis 11 Julii 1814, Artt. 7 et 14 (*Staatsblad* 1814, No. 79).

non ambigua enunciatione ei opus fuisset; quam ob rem huic privilegio fatale existimare silentium Edicti d. 11 Julii 1814, non veremur.

Quae jam sufficiant de Jure Venationis ac Piscationis, non bene *Toparchico* dicto.



§ XII.

**DE CORVEIIS s. CORVATIS, CURVATIS, CUR-  
VADIS, COURBIIS 1), CROADIS; ANGARIIS  
ET PARANGARIIS; MANOPERIBUS ET  
CAROPERIBUS.**

HAND EN SPANDIENSTEN, HOFDIENSTEN, VROONDIENSTEN,  
HEERENDIENSTEN, CAET.

Vehementius cum saepe in Corveias saevitum sit, prudenter hac in re procedas, et omnino distinguas necesse esse, ostendere conabor: etenim nulli reprehensioni obnoxias esse illas Corveias, quae etiamnunc in Toparchiis occurrant, jam sponte patebit.

Distingui communiter solent Corveiae in *personales* et *praediales* (réële).

*Praediales* tantum propter fundi concessionem admitti solent, nisi fortasse mixtae considerentur, i. e. ex fundi concessione pro parte, pro parte autem ex Servitute originem ducentes.

*Personales* a BRODEAU 2), a LE GRAND 3), aliisque 4) originem ducere existimantur e licentia et vexationibus, quibus ab antiquo miseros *Villanos* opprimere solerent Nobiles Magnatesque, ad quam sententiam confirmandam veterum scriptorum quaedam responsa citant; quam tamen oppugnat bou-

1) Cf. DU CANGE, voce *Corvata*.

2) *Sur Paris*, §. 71.

3) *Sur Troyes*, §. 64.

4) Cf. MERLIN, *Répertoire de Jurisprudence*, voce *Corvée Seigneuriale*.

HIER 1) his verbis: »Mais quoique cette *licence*, à la supposer telle qu'on la dépeint, puisse avoir donné lieu à quelques exactions de droits nouveaux et insolites, il me paraît comme impossible, qu'elle ait introduit une servitude aussi *universelle* que celle des *Corvées*; car il n'y a presque point de Seigneurie, je ne dis pas seulement en France, mais même en Allemagne, en Pologne, aux Pays-bas, en Angleterre, en Italie et même en Espagne, où les Villageois ne soient tenus à cette espèce de dette, quoique avec plus ou moins d'étendue; c'est un fait attesté par de bons auteurs; comment se serait-il pu faire, que les Seigneurs de tant de Pays différents se soient accordés à introduire telle vexation, et, qui plus est, sans qu'aucun Souverain s'y fût opposé?" Idem hoc MONTESQUIEU 2) attulit contra LOYSEAU.

Corveiarum origo et personalium et praedialium verosimiliter eadem est, eiusdemque antiquitatis duci potest, quae fundi dominii juris initia et incrementa; *Corveiae personales* certe non indistincte tribuendae sunt servituti huiusque extinctioni. Non omnes liberationes indiscriminatim obtinuisse sine servitiorum quorundam praestandorum conditionibus, negari sane nequit. Verum merito in dubium vocare licet, an eiusmodi servitiorum sive Corveiarum stipulationis causa unica ac pura fuerit ma-

---

1) *Sur la Coutume de Bourgogne*; cf. MERLIN, loc. cit.

2) *Esprit des Lois*, Liv. XXX, Chap. XX, his verbis: »Il faudrait qu'ils (les Seigneurs) eussent été les gens du monde les plus raffinés, et qu'ils eussent volé, non pas comme les guerriers pillent, mais comme des juges de village et des procureurs se volent entre eux. Il faudrait dire que ces guerriers, dans toutes les provinces particulières du Royaume et dans tant de Royaumes, auraient fait un système général de politique.»

numissio, an vero potius fundi concessionones, quae ipsis liberationibus jungi solerent, ut innumera docent instrumenta, imprimis in censum venisse habendae sint. Qua de re disertè RAEPSAET 1): »Il me semble,.... que tout homme qui a des notions tant soit peu exactes de l'état des campagnes, sous la domination des Francs et pendant la période du règne féodal, doit penser que *les affranchissements* doivent être réputés entre les modes les plus rares de l'introduction des Corvées *personnelles*, ou en d'autres termes, qu'il en existe peu, et peut-être point de cette espèce; mais qu'en général, toutes les corvées sont originairement *réelles*, c'est à dire, constituées *pour concession de fonds ou mélangées* de cette concession et d'affranchissements," caet 2). Quam ob causam antiquis in instrumentis sive Chartis Corveiae collocatae non sunt in serie *servitutum*, verum vocantur *Consuetudines* et *Costumae*, quo nomine quoque occurrunt in instrumentis *fundorum redituum* cum alodialium tum feudalium: referebantur enim Corveiae inter ea, quae dicebantur *pertinentia Villae, Villae reditus*, iis temporibus, quibus propter pecuniae penuriam 3) difficile fundos locasses vel alienasses pe-

---

1) *Analyse*, etc. Liv. IV, Chap. XI, N<sup>o</sup>. 298, Tom. IV, pag. 557.

2) Et alibi: »Il y a donc si loin de fonder le droit de Corvée personnelle, *indistinctement*, sur l'affranchissement d'une servitude, qu'il est plus probable que l'espèce de corvée personnelle fondée sur l'affranchissement seul, est l'espèce la plus rare, et que peut-être on pourrait dénier de bonne foi, qu'il en existe, aussi longtemps qu'on n'en produira pas un titre irrécusable."

3) Qua de re RAEPSAET, *Analyse*, etc. Tom. IV, pag. 562: »Les redevances en argent n'ont pris naissance, ou plutôt ne sont devenues ordinaires qu'avec l'accroissement de la masse du numéraire, au point que les anciennes lois des Français, recueillies dans les *Institutes de Littleton*, decedé en 1482, nous apprennent Sect. 119, que *puis apratiels services fueront changés en denyers, par consent des tenants*



cuniâ numeratâ 1); cuius copia uberiore facta, magis magisque in certas quidem pecuniae summas redactae sunt, sive redentitae, sed infaustis iis nominibus Riem- en Zweep-gelden notae remanebant, quae justo quidem horrore afficere solent civem 2). Animadvertendum tamen est, haec nomina alii cuidam Corveiarum generi, de quo infra dicemus, magis propria esse. Ita quoque minus recte huic, de quo nunc loquimur, generi convenit, quod *Consuetudines* et *Costumae* vocentur; ut autem in multis aliis, ita in hac quoque materie non parva obtinuit confusio.

Quidquid est, quae etiam nunc occurrunt Corveiae, verisimiliter non repetendae sunt ex servitiis istis, quae praestare dominis suis coacti erant servi 3) ante Saeculorum XII et XIII communes manumissiones, et tute satis rejiciendam puto sententiam eorum, qui directe ex servitute originem trahere, quin etiam referre servitutis imaginem perhibeant Corveias. Quamquam caeterum Corveiarum jus defendens, inter alios ita censebat quoque BOUHIER 4): »..... droit de Corvée," ut enim ait, »auquel on ne saurait sans injustice, donner les noms

---

et par desir des Seignors, savoir en annuel rent..... (HOUARD. *Anc. lois des François*, Tom. I, pag. 179). Observons en passant, que ce consent des tenants et le desir des Seignors déroutte terriblement le système de ceux qui ne cessent de pêcher du matin au soir, que tous les redevances et droits Seigneuriaux sont l'effet de l'abus de la puissance Seigneuriale," caet.

1) Cf. DU GANGE, voce *Corvata*, ubi scil. *Corveiae* referuntur ad jura ac redditus Maneriorum et Villarum.

2) Cf. G. VAN LOON, *Al. Reg.* III, pag. 226.

3) De servitiis, a servis praestandis cum domesticis tum ruralibus, copiose GRIMM, *Deutsche Rechtsalterthümer*, pag. 352, sq.

4) *Op. laud.* loc. cit. apud MERLIN, *Rép. de Jurispr.* voce *Corvée Seigneuriale*.

odieux d'usurpation et d'extorsion; c'est ce qu'on se gardera bien de faire, si on veut bien se souvenir qu'à l'égard des mains-mortables, *c'est une suite naturelle de leur condition, dont la dureté a été fort mitigée, même en ce qui regarde les corvées.....; et à l'égard des affranchis, que c'est le prix de leur liberté, et par conséquent d'une faveur dont l'avantage est inestimable, et dont ils ne doivent jamais perdre le Souvenir.*" Ad quae merito MERLIN: »Sans doute, en lisant ces lignes étranges, on n'a pas oublié que M. BOUHIER était Seigneur," caet.

Hanc ipsam quidem ob rationem, orta rerum illa magna conversione, saeculo praecedente exeunte, statim generaliter abolitae sunt Corveiae in Gallia, quas jam sustulerat in Domaniis suis LUDOVICUS XVI.

Initio quidem Corveis praedialibus (réële) non nocuit Decretum d. 4<sup>i</sup> Aug. A<sup>i</sup> 1789; praediales vero nullae habebantur »que celles qui seront *prouvées* être dues pour le prix de la concession d'un fonds ou d'un droit réel." Iniquior lex erat d. 25<sup>i</sup> Aug. A<sup>i</sup> 1792, qua abolebantur (Art. 5) Corveiae omnes, quae fundi concessionem primitivam habere caussam non probarentur »par un acte primordial d'inféodation, d'acensement ou de bail à cens." Tandem et haec quoque sublatae sunt Legis d. 17 Julii A<sup>i</sup> 1793 Art<sup>o</sup>. 1<sup>o</sup> 1).

Unicum eumque verum, ut mihi videtur, Corveiarum praedialium characterem notaverunt e delegatis Franciae illi, qui

---

1) »Heureusement," sic RAEPSAET, «la Cour de Cassation de France a eu le courage d'arrêter l'extension de ces lois de colère et de vengeance, selon MERLIN, au-delà de la rigueur de leur texte; et les tribunaux des pays, que cet épouvantail révolutionnaire avait atteints, commencent à revenir aux véritables principes, depuis que la farce est jouée.

accuratius in Jura inquisiverant feudalia (Comité des droits féodaux) his verbis 1): »Et seront réputées Corvées réelles, celles qui ne sont dues qu'à cause de la propriété d'un fonds ou d'un droit réel, et dont on peut se libérer en aliénant ou en déguerpissant le fonds ou le droit," vel etiam secundum Legis d. 15—28 Martii A<sup>i</sup> 1790, tit. 3<sup>i</sup> Art<sup>um</sup> 2<sup>um</sup>, quae non praestandae erant, »que par le propriétaire ou possesseur d'un fonds, tant qu'il était propriétaire ou possesseur, et à raison de la durée de sa possession." Hoc ubi locum habet, difficile de Corveia personali sermo esse potest.

Vestigia Corveiarum personalium fortasse inveniebantur in prisco jure nostro *Curtis* (Hofregt), quod in Transisalaniam maxime vigeat, qua de re autem dicere in animo habeo sequenti §. de Jure Curtis.

Universe e fundi jure dominii tantum profluxisse dici possunt Corveiae; et profecto, adeo non e servitute, vel ex jure Toparchico, proprie ita dicto, vel feudali e Regimine profluat sive originem ducat jus Corveiae, necesse est, ut contra non raro hodie adhuc Corveiae instituantur; quod obtinere scio in Provincia Gelria, in fundis *et* Toparchicis *et* privatis. Ita verbi causa legere memineram in instrumento locationis conductio- nis cuiusdam casae (Hofstede) Viri Ornatissimi METELERKAMP a BRONCHORST *et* ENGELNEBURG; sed quum mihi non constaret, literis me hac de re certiore fecit, se, secundum usum, in ea saltem Gelriae parte, communem, tales instituisse Corveias, hand- en span-diensten. Ex duobus instrumentis referre, quae de iis tractant, non abs re mihi videtur:

---

1) Cf. MERLIN, *Op. laud.* loc. cit.



»Art. 6. Verpachter zal behalve de halve Boomvruchten, »na vooraf de volle tiend genoten te hebben, voor pacht van »de Bouwlanden genieten de zware garf, dat is twee vijfde »van het daarop te verbouwen zaad, *hetwelk door Pachters aan- »gevoerd en vrij gedorscht moet worden*, zullende zij verpligt zijn »naar mate de tiend uitlevert, ook van het garfzaad dien maat »uit te leveren, *en dit koorn naderhand vrachtvrij ter markt van »Deventer, Zutphen, of Arnhem bezorgd worden*, en daarenboven »zal Pachter jaarlijks vóór of op den..... van ieder te ver- »schijnen jaar voor toepacht betalen..... gulden, bene- »vens..... Ned. ponden stroo, acht hoenders en voor het »behoorlijke onderhoud zorgen van eenen hond,” caet. 1) — et ex altero:

»Art. 6..... Wijders verbinden Pachters zich op de eerste »vordering van den Verpachter jaarlijks te leveren..... Ned. »ponden stroo en vier paar hoenders, als ook eenen hond »voor Verpachter goed te onderhouden en *acht wagensdiensten »te verrigten.*”

Animadvertendum est, *casas eas, de quibus sermo, non sitas esse in Toparchia Bronchorst, sed in fundo, Toparchico jure non gaudente, Engelenburg.*

Ipse quoque ego manopera et caropera quaedam stipulari a colonis soleo in Provincia Trajectina, etsi non suspecto eo nomine: non nisi pecuniae igitur pretium sive valorem repraesentant ea servitia, ad quae perficienda etiamnunc multo

---

1) Quod attinet ad illud alendorum canum officium, vestigium fortasse existimandum est antiqui illius juris, *Chienatici* nuncupati, nobis Hondenbrood, de quo cf. DU CANGE in voce.

facilius moventur coloni, quam ad majus conductionis pretium persolvendum.

Et olim quoque nonnunquam a liberis praestitas esse Corveias, jam docet ROBERTSON 1): »The last class of persons employed in agriculture were free men . . . . . These seem to have been persons who possessed some small allodial property of their own, and besides that, cultivated some farm belonging to their more wealthy neighbours, for which they paid a fixed rent; and bound themselves likewise to perform several small services *in prato vel in messe, in aratura vel in vinea*, such as ploughing a certain quantity of their landlord's ground, assisting him in harvest and vintage work,“ caet. 2).

Palmarium quoque huius rei exemplum citatur a RACER 3), narrante de *Angariis*, quae nomine Hofdiensten s. Huishoudelijke diensten praestantur ab incolis Toparchiae Almelo, quaeque veniunt titulo cum fundorum concessorum tum usufructus superficiei Wastinarum s. locorum incultorum, quae pleni dominii titulo Toparchae sunt. Sic enim habet: ».... want van de erven des Huizes en Heerlijkheids Almelo is de dienst eigenlyk een gedeelte van de landhuure..... Elk die dit overweegt, zal, meen ik, ras bevroeden, aan wat oorzaak de huishoudelyke diensten, der ingezetenen van het Schoutambt Almelo zyn toe te schryven. Zy vloeyen aldaar voort uit eene erkenning van zodaanig recht van genot, als de be-

1) *History of Charles the V<sup>th</sup>* (Compl. Works, Tom. IV, pag. 275 seq).

2) Cf. quoque MURATORI, Vol. I, pag. 712; DU CANGE vocibus: *Arimanni conditionales, originarii, tributarii*.

3) *Over-Ysselsche Gedenkstukken*, IV<sup>e</sup> Stuk, §. 10.

zitters van goederen aldaar van de woeste gronden hebben; en strekken tot eene erkenenis, dat alle goederen, door anderen aldaar bezeten, van den Heer van Almelo afkomstig zyn 1)."

Quem errorem de Corveiarum origine in Gallia valuisse, supra monuimus, idem et apud nos PETRUM VAN DER SCHELLING eo induxit, ut existimaret, directe ex servitute profluxisse: »onder de teekenen," sic enim habet 2), »van deze Dienstbaarheid zyn ook in Hollaud geweest de *Angariae* en *Perangariae*, de verbintenis om eenige postpaarden, of wagenen, of zich tot eenige diensten gereed te houden, en ze te doen, waarvan te zien is SPELMANNI *Glossarium*, nog heden genaamd Riem-en Zweep-geld 3). Ejusmodi autem Corveiae, de quibus VAN DER SCHELLING, alius generis mihi videntur, ut infra ostendere conabor, quam illae, de quibus nos loquimur, nimirum quae fundi Dominis praestari solent a Toparchiae incolis.

Etiamsi hodiernam ex Corveiarum redemptione ortarum praestationum pecuniariorum naturam paullo accuratius perspicuens, tamen, quod ad earum originem attinet, non longe distare a VAN DER SCHELLING videtur G. VAN LOON 4): En waarom de voorheen verschuldigd geweest zynde Heerendiensten, in zekere bepaalde geldgeevingen sedert zijnde veranderd, alomthans nog onder den naam van *Vroon* of *Vroongelden* voorkomen, en die meer op verscheydene plaatsen tot den huidige dag toe als nog betaald worden, niet om dat de tegenwoor-

1) Exempla non minus dilucida afferuntur a MATTHAEO, de *Nobil.* Lib. IV, Cap. 22, pag. 1067 sqq.

2) *Holl. Tiendregt*, Tom. I, pag. 151.

3) i. e. Scheep- en Wagen-geld.

4) *Op. laud.* III, pag. 229, sq.



dige betaalers als nog dienstbaar, maar gebruykers van die wateren en bezitters van die landen zyn, op welken door de oude Heeren, het zy om het uytsterven het zy om het vrymaaken van de daarin gevischt of de daarop gewoond hebbende Dienstbaaren, by 't laten gebruyken of verkoopen der zelven, de voorheen gehad hebbende Vroongelden, by wyze van eene belasting, op die landen en visscheryen gelegd zyn, welken daarom nog den naam van Vroonlanden of Vroonwateren voeren." Qui tamen reditus minus recte tributis (belastingen) assimilandi apparent, quam veri Censur habendi, Oud-eigen nuncupati a GROTIUS.

E praemissis autem difficile non erit efficere, eas Corveias, quae Vroondiensten, et eos reditus, qui, redemptis servitiis, Vroongelden et Vroonschulden nuncupabantur, recte quidem e jure fundi domini originem ducere.

Praeter nomen Vroondiensten singulari nomine quoque Gravendiensten vocari olim solebat Corveiarum certum genus: quae enim dicebantur Gravendiensten, ut ipsum nomen jam indicat, ipsi Comiti praestari solebant, vel domi vel itinere, qua de re et de jure aperturae conf. H. F. VAN ZUYLEN VAN NYEVELT 1), et magna saltem pro parte consistebant in procurando hospitio Comiti eiusque ministris, famulis, equis ceterisque, nec non in procurandis alimentis pabuloque 2), vel etiam in ministrandis plaustris et vehiculis 3). De his autem negari fortasse non potest, eas fundi domini causa minus,

1) Spec. Inaug. de Hospitio militari, Traj. 1844, pag. 51, sq.

2) Cf. VAN ZUYLEN VAN NYEVELT, Op. laud. pag. 33.

3) Cf. VAN IDSINGA, Staatsrecht der Vereenigde Nederl. (Tom. I) II Verd. III Hoofdst. p. 113 sqq.

quam aut Regalis aut utilitatis publicae vel nomine vel obtentu a Principe exactas esse 1).

Hae autem sunt, ut opinor, quas significet VAN DER SCHELLING, quaeque redemptae vel ad pecuniarias redactae praestationes peculiari nomine Riem- et Zweep-gelden venirent 2). Praeterea, quamvis Corveiarum originem e Jure Romano proprie non petendam esse RACER 3) affirmet, hoc genus fuisse, cuius vestigia in L. 7 Cod. de Oper. publ. quaerenda sint, omnino suspicor; deinde hoc genus fuisse apparet, quod nomine Angeriarum et Parangariarum, plaustrorumque 4) et navium 5) praestationum, Sacculo XII, Regalis instar concessum est in Italia FREDERICO I, Imperatori. Denique, quin huius generis fuerint Angariae, quae posteriore aetate singulari nomine *Drostendiensten* imprimis in Transisalaniam venerint, quaeque personales magis quam reales fuisse videantur, non dubito 6). Quod autem ad has attinet, in dicta Provincia jam abolitae sunt A° 1783, Edicto scil. d. 25 Februarii, maxime curante Viro Nob. VAN DER CAPELLEN tot den Pol. Supervacaneum sane existimo, quod moncam, me de hoc genere non loqui 7), quam

---

1) Cf. VAN ZUYLEN VAN NYEVELT, *Op. laud.* pag. 50 sq.; KLÜBER, *Öffentliches Recht des Deutschen Bundes in den Bundestaaten*, Ed. III, A° 1831, pag. 640.

2) Cf. P. BORT, *van de Domeynen van Hollandt*, dl. XIII, 2.

3) *Over-Yssels. Gedenkst.* IV stuk §. 8.

4) Cf. L. 11 C. de Sacros. Eccles., l. 2 C. de quibus mun. vel praest. non. lic. se excus. Cod. Theod. Lib. VIII, tit. 5, de cursu publico, angariis et parangariis.

5) *Angariarii* dicebantur naves, quae onerum vehendorum necessitate adstrangebantur, cff. l. pen. D. de Veteran. — BRISSON, de Verb. sign. in voce *Angaria*, cit. RACER, l. l.

6) De his cf. RACER, *Op. laud.* passim.

7) Nec de illis Corveiiis, quamvis magna pro parte abolitis apud nos et in praec-

dicam de Angariis s. Corveis, quae in Toparchiis occurrant, Dominis praestandis. Haec enim genera accurate distinguenda esse, jam monuit RACER 1). Quod deinde quoque probare licet ex eo, quod Principes in Transisalaria imponere non potuerint Angarias privati illius generis, singulari nomine Hofdiensten s. Huishoudelyke diensten vocatas 2), nisi saltem privato nomine in fundis sibimet ipsis propriis.

Colligimus:

*Corveiae* indistincte ac proprie *feudales* duci non possunt, minime illae, quae in Toparchiis fundi Dominis praestantur; quam ob rem, abolito Regimine feudali, extinctum hoc jus existimandum non est.

Nec magis *Jus Corveiae* indistincte e *Servitute* originem trahit; quam ob rem propter servitutem obolitam extinctum existimari nequit; quodsi singulari in casu servitutis sequela dicatur, ita demonstretur necesse est ab eo, qui affirmet.

Postremo: *Jus Corveiae* non est *Toparchicum*: ubi enim in Toparchiis Domino praestantur *Corveiae*, e fundi domini jure directe profluunt; ergo ex alineâ 2<sup>a</sup> nostri Articuli impugnari nequit.

---

stationes pecuniarias redactis, nobis sermo est, quales obtineant publicae utilitatis caussa, ex. gr. si in periculo versantur aggeres, vel quales hic illic praestari solent in Germania circa viarum curam caet.

1) *Op. laud.* IV, §. 15 et passim; nec non vid. KLÜBER, *Op. laud.* pag. 641.

2) Cf. RACER, *Op. laud.* IV, p. 12 sqq.



§. XIII.

**DE JURE CURTIS 1)**

**DEQUE JURIBUS, QUAE EX EO PROFLUUNT.**

Servitutis speciem, nobis Hoorigheid, Hofhoorigheid, caet. dictam, quaeque ex ea jura profluunt, hodie non amplius defendi posse, quamvis satis constet, tamen verbo tangere lubet.

*Curtem*, *Cortem* s. *Coortem* proprie significare atrium rusticum stabulis et aliis aedificiis circumdatum, DU CANGE docet 2); sed medio aevo magis habebatur *villa* s. habitatio rustica aedificiis, colonis, servis, agris, personis, caet. ad rem agrestem, necessariis instructa, alias *Colonia* dicta 3), quae Belgice olim

1) Tractatum, cui titulus *Jus Curiale Litonicum* cum praefatione BOEHMERT, A<sup>o</sup> 1754, Göttingae editum, conscripsit JOH. CHRIST. STRODTMAN; ipso tractatu uti mihi non licuit; e titulo autem apparet auctorem statum personarum, quae Hoorigen audiebant, deduxisse e peculiari illa conditione servili, vel servitutis specie, qua tenebantur *Liti* s. *Laeti*, nobis *Laeten*. Est quidem haec satis vulgaris opinio. Cum vero plures servitutis species in *Jure Curtis* confusae videantur, nescio, an nomen illud ei plane conveniat. Ab altera tamen parte negari quoque non potest, posteriore tempore communiter eos *Laetorum* nomine vocatos fuisse, qui fundi redditum, *Canonem*, praestarent. Tutius autem, etiamsi barbarismo usus, *Meierdingicum* nuncupavit jus illud STRUBEN in Tract. de bonis *Meierdingicis*. Verum enim vero *Juris Litonicum* nomine cum vulgo receptum sit, saepius usus sum. Conscripsit et hoc quoque nomine usus, Specimen Acad. de *Jure Litonum* in Tubantia G. B. DONKER CURTIUS, Lugd. Bat. defensum A<sup>o</sup> 1831. De *Litis*, *hospitibus* quoque vocatis, vel Flandrice: *hâtes*, *Gasten*, *Estagiers*, *Stragiers*, *Cambriers* caet. cf. omnino RAEPSAET, *Précis Topographique*, N<sup>is</sup> 42 et 50 (*Oeuv. Compl.* Tom. III), et *Analyse* caet. N<sup>o</sup> 234 (Tom. IV, p. 382), cf. quoque MIRAEUS, Tom. I, p. 716.

2) Voce *Cortis*.

3) Cf. DU CANGE.

dicebatur: een huis met zyn erf en weere, s. uno vocabulo Hof 1); quo nomine hyperbolice, ut hodie etiam, vocabatur *Curia*, ubi jus dici solebat 2). Curiarum Suprema, in nostra materia, dicebatur *Curia Salica*, nobis Zaalhof s. Zadelhof 3), et terra eiusmodi Curiae parens erat *terra Salica* s. *alodialis*, paterna, aviatica 4), i. e. *terra possessa per antithesin terrae feudalis* 5).

Haec ut bene constent, maximi habendum est momenti Dominis (Hofheeren), ne colonis attribuantur fundi, quod in veris feudis obtinuisse, notum est. *In veris feudis* dico: nam saepius, cum inter fundos illos nonnulli invenirentur, qui censitico quodam contractu liberis hominibus, quin etiam nobilibus 6), concessi essent, eiusmodi fundi dicebantur *feuda censualia*, vel *rustica*, vel *pensionaria* 7), nobis Cyns- s. Tins-goederen; quae tamen ab aliis fundis censualibus in eo differebant, ut eorum dominium directum penes Dominum maneret 8),

1) Cf. RACER, *Over-Yss. Gedenkst.* IV, pag. 172.

2) Id. loc. cit.

3) Ad voces: *Saalstede*, *Siedel*, *Sedel*, *Sadel*, *Sattelhoeffe*, *Sadel-leen* et *Setelgoed* cff. RACER, *Op. laud.* III, p. 57, DU CANGE, in voce *Sala*, RAEPSTAET, *Analyse caet.* Liv. VI, Chap. 7.

4) Cf. ECCARD, *ad Leg. Salic.* tit. 62 N<sup>o</sup>. 6.

5) Cff. MONTESQUIEU, *de l'esprit de Lois*, Liv. XXX, Chap. 16; MARCULFI, *Form. Lib.* I, Cap. 2, ibique BIGNON in adnot. RACER, *Op. laud.* IV, pag. 173.

6) Cf. SCHILTER, *ad Jus Feud. Alemann.* Cap. 89, §. 8 in fin. cit. RACER, *Op. laud.* IV, pag. 174.

7) Cff. EICHHORN, *Deutsche Staats- u. Rechts-Geschichte* (Ed. nov. A<sup>i</sup> 1843) §. 368, SAM. STRYK, *Examen Juris Feud.* Cap. IV, *de fundis impropriis*, 33, et huius disputationis pag. 113, in adnot. 4.

8) Cf. RACER, *Op. laud.* IV, pag. 178, sq.

quam ob causam quoque dicebantur *Erfpachtsgoederen* 1), et ipse *Census, Pacht* 2).

Caeterum *Jus Curtis* plane diversum esse a *Jure feudali*, satis probatum existimo 3); quapropter ob feudale *Regimen* abolitum, per se extinctum haberi nequit; servitutis vero abolitione eiusque sequelarum tantummodo extinctum habendum est, idque quidem ob *Juris Litonici* peculiarem circumscriptionem, quae si non adesset, imminutionem tantum subiisset *Jus Curtis*; alioquin autem, ut recte vigeret, nihil obstaret, quod probare conabor. *Jus Curtis* autem nihil commune habere cum *Jure Toparchico*, ex ipsa rei expositione unicuique facillime patebit.

*Servitus*, quae *Hoorigheid* id vocari solet, originis Germanicae, in *Patria nostra* jam prius nota erat, quam in his regionibus *Jus valeret Romanum* 4); quam ob causam, quamvis Romanorum colonatui quodammodo adsimilari liceat 5), caveas, ne inconsiderate ei applices *Juris Romani* principia circa servos.

Ut bene intelligatur, unde vinculum ortum sit intricatius quodammodo servum (*Hofhoorige*) inter et dominum (*Hofheer*), servorum colonorumque conditionem, qualis apud antiquissimos Germanos fuerit, inspiciamus, necesse est.

1) Id. pag. 177. — De *Emphyteusi Germanica*, a *Romana* diversa, cf. STRUBEN, tract. de bonis *Meierdingicis*.

2) Cf. RACER, IV. pag. 180 et 291.

3) Cf. CONSULT. MEYER, *Respons.* IV, Idem, *Aanmerkingen over de Hoorigheid en derzelver bestaan nog heden in Nederland*, in de *Bijdragen tot Regtsgeleerdheid en Wetgeving*, verzameld en uitgegeven door Mr. C. A. DEN TEX en Mr. J. VAN HALL, Jaargang 1826, pag. 441.

4) Cf. MEYER, *Respons.* IV, pag. 69.

5) Cf. Id. *Aanmerking*, caet.



Longe differebat a Romanâ servitus Germanica, ut jam docet TACITUS 1): »Ceteris servis non in nostrum morem descriptis per familiam ministeriis utuntur; suam quisque sedem, suos penates regit. Frumenti modum dominus, aut pecoris, aut vestis ut colono injungit, et servus hactenus paret." Servi Romanorum more contra habebantur *res, mancipia*; personalis igitur plane erat servitus more Romanorum, cum omni jure domini, veluti jure in re; servitus autem more Germanorum, quamvis et ipsa personalis, subsistebat tamen intra frumenti caeterorumque praestationes: *et servus hactenus paret*. Itaque periodo Francicâ servitutis duo potissimum genera inveniuntur, nimirum *Romana*, in qua homines ipso *servi* nomine vocari solebant, nec non *homines de corpore*, et *Germanica*, cuius servi *homines de potestate* 2). Nusquam ea genera confudisse Franci videntur 3), quamvis utroque usi sint; *hominibus de corpore* scilicet utebantur ad ministeria domestica servilia; hi erant, qui dicerentur *ministeriales*; erant quoque qui sub Decano in Decaniis ordinati ad quaelibet artificia opificiaque adhiberi solerent 4), eodem fere modo, quo postea opificum corpora nostra (*gilden*) 5). *Homines de potestate* contra maxime rure habitabant et adhibebantur ad fundorum culturam; erant, qui dicerentur *servi casati*, nobis quoque *Kamerlingen* et *Keurmedigen* 6)

1) *De Moribus Germanorum*, Cap. 25.

2) Cf. DU CANGE, voce *homo* et D. CARPENTIER, voce *Poote*.

3) Cf. RAEPSAET, V, pag. 141. Nostrates tamen postea, quamvis non plane, confudisse, e statutis servitutis, quae *Hofhoo righeid* vocatur, satis manifestum existimo.

4) Cf. LETSER, *Jus Georgicum*, Lib. II, Cap. 5.

5) Cf. RAEPSAET, V, pag. 142.

6) Cf. RACER, *Op. laud.* IV, pag. 183.

vocati, quaeque ab iis exercebatur cultura, vocabatur *Casalagium* 1). Oblinebat tamen nonnunquam, ut ad *Casalagium* quoque adhiberentur *servi de corpore*, qui tamen eo casu proprium lucrum (soluta certo reditu sive pretio, praestitisque certis Corveiiis servorum casatorum instar) sibi non comparabant, verum *servi de corpore* recte manentes, Domini tantum nomine fundos colere solebant, quod, ut bene fieret, *Majoris* cuiusdam curae erat mandatum 2). Inde fortasse apud nos distinctio inter Hofhoorigen sive Volschuldigen, Kamerlingen et Eigenhoorigen sive Halshoorigen, Halseigenen, quae denominationes inveniuntur in Jure Meierdingico; ita saltem GRIMM 3): »Die benennung hörig, hörigkeit für das verhältnis der loseren, sich dem stand der freiheit nahernden Knechtschaft. . .;» et porro: »gewöhnlich stehet hofhörige, die den befehlen des hofs, welchem sie pflichtig sind, gehorchen müssen, dazu gehören. Ähnlich ist schuldig, hofschuldig, servilis conditionis, quod *vulschult* dicitur; *vulhofschuldig*; *vulschuldig*." Denique: »eigen ist härter als arm (*armman*, *armeleute*, quo *servi*, vel non liberi designabantur, *unterwürfigen dienstleute*, *unfreien*) noch härter *halseigen*, *bluteigen*, *leibeigen* . . . . vgl. HALTAUS, der aus einer münsterer Ordn. von 1553 sogar das dreifache *leibeigenhörig* anführt und *eigenhörig*; *attineat cum corpore, proprius sit de corpore*."

Colonorum diversae erant species, quae afferuntur a LEYSERO, praemonente tamen, circumspecte applicanda esse ad nostros

1) Cf. DU CANGE, voce *Casalagium*.

2) Cf. RAEPHAET, V, pag. 143.

3) *Deutsche Rechtsalterthümer*, pag. 310; cf. quoque TROTZ, *Jus agrarium Foederati Belgii*, pag. 248 sqq.

colonos, quae valebant, principia circa colonos Romanorum, cum hi maxime cives et milites, qui fundi certam partem pleni domini titulo obtinere solebant, solvendo annuo tributo perpetuo Reipublicae 1), illi vero omnes (exceptis tamen *rusticanis*, qui *liberi coloni*) Domino cuidam plus minusve subjecti essent.

Secundum LEYSERUM igitur distinguebantur:

*Adscriptitii*, glebae addicti; a servis parum differebant; usucapione libertatem adipisci non poterant, nec a fundis, quibus adscripti erant, discedere iis licebat.

*Originarii*, e servis omnium specierum prognati.

*Censiti* sive censibus adscripti; melioris erant conditionis adscriptitiis: glebae enim addicti non erant, nec *in misericordia Domini*; tributum capitis solvebant, quam ob causam *tributarii* quoque dicebantur: »vis-à-vis de leur Seigneur," ita RAEPSAET, »ils étaient dans une espèce de servitude quelconque, mais ils étaient tenus pour hommes libres vis-à-vis de tout autre 2)."

---

1) Cf. tamen etiam DE SAVIGNY, *über den Römischen Colonat*. Abhandlungen der Historisch-philologischen Klasse der Kön. Akademie der Wissenschaften zu Berlin. Aus den Jahren 1822 u. 1823.

»Auch hatte in der That der Colone gar kein Recht am Boden. Das er nicht »Eigenthümer war, also selbst den Boden nicht veräußern konnte, verstand sich »vornehmlich von selbst [L. 1, C. Theod. *ne colonus*. (5, 11) L. 17, C. J. *de agric.* »(11, 47)]: aber auch selbst ein beschränktes dingliches Recht am Boden wird ihm »niemals zugeschrieben," caet. quae tamen iungenda cum iis, quae porro habet: »Vergleicht man ihren (der Colonen) Zustand mit der alten Eintheilung aller freien »Einwohner des Reichs in *Cives Latini* und *Peregrini*, so ist es unzweifelhaft, dass »sie nach Umständen jedem dieser drei Stände angehören konnten. Da aber in der »späteren Zeit die *Latini* und *Peregrini* nur noch seltene Ausnahmen gewesen zu »seyn scheinen, so waren wohl auch die meisten Colonen im Besitz der Römischen Civität."

2) *Libres vis-à-vis de tout autre*. haec an ad literam sint accipienda, valde dubito.



*Coloni*, quamvis liberi homines, cum corpore, tum bonis, fundi Dominum quemdam agnoscebant; agros colebant solvendo certo censu; distinguebantur in *perpetuos*, *conditionales*, *inquilinos* et *colonos simplices*.

*Inquilinis* agros colere quidem impositum erat, quod tamen ab aliis ut fieret, curare iis licebat, et alibi habitare. — *Coloni simplices* ne minime quidem solo affixi erant; census tantum iis praestandus erat fundi concessionis causa. Caeterum a fundo discedere poterant, quandocunque luberet. Erant quoque, qui *reddentes* vocarentur, quandoquidem consistebat eorum servitus praestatione eorum, quae ad victum essent necessaria, pullis scil. gallinaceis, ovibus, porcis, quaeque similia plura; alii, *manentes* vocati, ministeria quaedam praestabant; erant, qui dicerentur *manu operarii* et *caroperarii*, quibus, liberis licet, ea praestare servitia impositum erat, unice fundi concessi causa.

Uberrime tractat hanc materiem quoque *Capitulare de Villis* CAROLI MAGNI, A<sup>i</sup> 800.

Jam vero, si consideramus, quonam consisteret nobis, quae dicebatur *Hoorigheid*, et ad quaenam obligaretur, qui dicebatur *Hoorige* 1), facile jam intelligemus, quale fuerit institutum, et unde oriundum. *Hobam* quandam (*Hoeve*, *Zathe Kot* 2), qui dicuntur *Hoorigen*, colebant (*bemeyerden*), exili censu praestando vel pro toto vel pro parte, sive pecunia, sive frumento vel pecore, sive servitiis, nimirum *Corveis*;

1) De necessitudine servum s. litum inter et dominum Jure Curtii cf. UNGER, *Alteutsche Gerichtsverfassung*, Kap. I, §. 3, pag. 13 sq.

2) Unde nomen *Kotters* s. *Kottiers*, Gallice: *Cotterets*, *Cotterie*, Anglice: *Cottage*, cf. MEYER apud DEN TEX et VAN HALL, l. c.

salvis his, ab una parte *jus* habebant, colendi hobam hereditarie eodem censu perpetuo praestando; ab altera vero parte ad id adigi quoque poterant, cum nec iis, nec eorum filiis discedere ab *Echta* 1) unquam liceret, nisi libertatem emissent et alium servum in suum locum supposuissent, qualis dicebatur Wederwissel 2); extra Echtam nuptias inire iis non licebat, nisi pace domini. Plerumque praedia ejusmodi conditionis (*hoorig*) a nullo, praeter ejusmodi qualitatis hominem (*geladet*) 3) inhabitari licebat, i. e. a nullo, qui non servus esset, vel si liber, qui libertati suae non renuntiasset; in potestate erant domini 4). Caeterum contrahere inter vivos iis licebat, quin etiam donare; verum testamentum facere iis interdictum 5); hereditatem parentum consequi poterant, salva transcriptione sive insinuatione; Domino subjectos se profiteri, certasque pecunias solvere iis impositum, quae dicebantur Erfwinning doen 6) sive zyn hofregt verwaeren 7); hisce, qui vocabantur Camerlingen, non adstringebantur 8); mortuo

1) *Echta* dicebatur ejusmodi conditionis bonorum universitas unam efficiens proprietatem.

2) Cf. *Hofhorig regt in de Twente* A<sup>i</sup> 1546, eodem Vol. typis mandatum, quo *Landrechten van Over-Yssel*, met de nadere Reglementen, resolutien en ampliatien etc. door ordre van de Ed. Mog. Heeren Staten van gemelte Provincie daarby gedrukt, tot Deventer by Jan van Wyk, boekv. 1724, met privilegie, ter Ordonn. v. H. H. Staten, H. ROYER, Art. IV.

3) Ibid. Art. III.

4) Ibid. Art. IV.

5) Ibid. Art. VIII.

6) Ibid. Art. VII et XV.

7) Ibid. Art. XI.

8) Cf. MEYER, *Respons.* IV.

servo, domino competebat dimidium omnium quadrupedum; nimirum equorum, boum, porcorum et ovium, auri argenti-que non signati, lardi praesentis, eius, quod dicebatur bui-tingesaey, nimirum fructus e fundis alienis comparati, nec non eius, quod vocabatur weddescath, pecuniae scil. foenori locatae, quoad non immobiles factae, caeteraque; ipsius vero praedii usui permanere debebant equus melior meliusque pecus 1), *melius* vulgo vocatum *cattalum*.

E quibus paucis 2) facile deducendum existimo, servilem conditionem, Hoorigheid vocatam, quaeque ad eam jura officiaque pertinent, originem trahere e primitiva agrorum ac casarum, nimirum praediorum, concessione huic illive speciei servorum, supra memoratorum, maxime *adscriptitiis* 3), nonnunquam quoque, rarius licet, *colonis inquilinis*; postea, lapsu temporum, confusionem quandam ortam fuisse, suspicor, cum plurium servitutis specierum vestigia in hac materie observare liceat. Denique colligendum existimo, istum hominum statum, quem Hoorigheid vocabant, originem ducere:

1°. Quod ad *praestationes cum pecunia ac speciebus, tum Corveïis*: e primitiva agrorum concessione, non pleni titulo dominii, nec quidem titulo utilis dominii, sed titulo tantum *culturac* hereditariae, ut judicavit Tribunal Almeloae sententiâ d. 7<sup>i</sup> Julii 1824, unde domino competat Jus reale (Grondregt).

2°. Verum quod ad *caetera plurima attinet ab eo qui diceba-*

---

1) Cf. *Hofhorigregt in de Twente*, Art. XII.

2) Uberius hac de re MEYER apud DEN TEX et VAN HALL; cff. quoque SCHRASBERT, *Codex Gelbro-Zutphanicus* et RACER, *Over-Ysselsche Oudheden*, IV, passim.

3) Cf. RACER, *Op. laud.* IV, pag. 158.



tur Hoorige praestanda nonnullaque Domini jura, haec e servili conditione nata fuisse, et hoc respectu ergo personale tanquam jus habuisse Dominum 1). Quam igitur servitatem, maxime more Germanorum, communes manumissiones ac liberationes Saeculorum XII et XIII complexae non sunt; quapropter usque ad recentiora tempora viguisse apparet 2). *Servitutis de corpore* vestigia nonnulla se deprehendisse RAEPSAET 3) affirmat in Flandria Imperiali, vicinisque Belgii Meridionalis regionibus: »Mais il existait encore des vestiges de cette servitude dans la Flandre dite impériale; ainsi, dans le pays d'Alost, il y avait

1) Inde sunt, qui *Meierdingicam* conditionem *imaginem quandam servitutis* nuncupent; GROTIUS quidem *servitatem imperfectam* dicit; denique autem SCHRAESSERT *qualitatem fundo inhaerentem* vocat.

2) Qua de re cf. DONKER CURTIUS, *Op. supra laud.*, qui non sine veri specie neglectam illam servitutis manumissionem repetit ex exceptione a norma exstinguendae servitutis, quae (exceptio) obtinebat in bonis Ecclesiasticis. Sic enim fere habet: »..... ubi ecclesia agrorum exstitit *domina cum appenditiis*, h. e. *cum mancipiis utriusque sexus et generis*, exceptio introducta est a norma, Saeculis XI, XII, XIII et XIV fere ubicunque praevalente, quod servitus abrogata fuerit. Sic ..... apparuit, quod, cum LUD. XVI dignitate regia investitus, litones omnes manumiserat, servi, qui in Francia adhuc superstites erant, ad monasteria pertinerint: — sic etiam apud nos: — quod scil. ad annum 1795 usque, in patria nostra, et speciatim in Tubantia reperiebantur, qui solo erant adscripti, quod inhabitabant; hoc inde repetendum videtur, quod agri illi olim una cum appenditiis ecclesiae dati litonesque hanc ob causam a beneficio exclusi fuerint, quo in aliis regionibus fruebantur, qui eidem erant subjecti servituti..... Episcopus Rheno-Trajectinus Anno 1528 domania et auctoritatem in Transisalaniam CAROLO V cessit, pretio certi annui redditus (cit. WAGENAAR, *Vaderl. Hist.* IV, l. 16, pag. 479). Sic igitur agri cum litonibus et quod eorum erat vario tempore Ecclesiae donati, rursus ad auctoritatem Civilem, quae dicitur, transierunt, ad quam pertinere nunquam cessarunt."

3) *Op. laud.* Tom. IV, pag. 150.

quelques villages, en bien petit nombre, connus sous le nom de *'s graven propre dorpen*, ou *villages propres du comte*, qui appartenaient en propriété au souverain; ceux qui étaient nés dans ces villages, pouvaient aller demeurer où bon leur semblerait, mais décédant hors de ces villages, *tous leurs meubles* étaient échus au profit du comte. Cette servitude affectait les personnes *nées et sortantes* de ces villages, et passait de la mère aux filles, jusqu'au premier descendant mâle, dans la personne duquel elle s'éteignait, mais seulement à son décès," caet.

Nonne eiusdem instituti vestigia fortasse quoque habenda sunt apud nos illa, quibus nomen Halshoorigheid, Hals-eigenheid, Eigenhoorigheid, magis minusve confusa cum conditione, quae dicitur Hofhoorigheid? Ita videtur. Animadversione sane dignum est, servilem conditionem istam, quae unice fere vigeat in Transisalaria, Tubantia et Gelriae parte 1), imprimis obtinuisse in fundis Imperatori propriis, qua scilicet qualitate hi pervenerunt ad Ordines illarum regionum, denique Reipublicae Domania facti sunt 2).

---

1) Etiam si in paucis assimilare liceat Juri Curtis Jus, quod in Provincia Groningana venit nomine Beklemregt, haec tamen longe a se invicem diversa jura apparent diversaeque originis; qua de re cf. FEITH, *het Groninger Beklemregt*, caet. I, p. 16. Praefationis. Verisimiliter et in Anglia quoque jam antiquitus Juris Curtis species vigeat; ipsum territorium ei juri parens vocabatur *Soca*, et ii, qui ejusmodi fundos colerent, dicebantur *Socamanni*; de quorum conditione incerta fortasse nonnulla attulerint Leges deperditae Regis AELFREDI, quibus titulus: *Domesdaybook*. Cf. PHILLIPS, *Versuch einer Darstellung der Geschichte des Angelsächsischen Rechts*.

2) Apud RACER tamen et privatae Toparchiae referuntur, a quibus Jure Curtis fundi dependebant; *Over-Ysselsche Gedenkst.* IV, passim.

Quaestioni, an adesse etiam nunc, vigente nostro Codice Civili hodierno, existimandi sint, qui dicuntur hofhoorige Lie-den, recte negative respondet MEYER 1): »En men zegge niet, dat er omtrent de Hofhoorigheid bij de Wet geene Bepalingen voorkomende, de oude Wetten en Reglementen voor als nog in werking moeten worden gehouden: dit is waar in zaken van Koophandel 2) en in Strafbepalingen 3); maar in Burgerlijke zaken heeft het tegendeel plaats 4).»

Nunc vero *eam unice ob causam* omnia ista, quae ad eam conditionem, Hoorigheid dictam, jura pertinent, extincta censenda sunt? Affirmative quidem MEYER 5): »Wanneer het nu eene waarheid is,» inquit, »dat de Staat van Hofhoorigheid heeft opgehouden (hetzij dit tot de verklaring der regten van den Mensch in 1795, hetzij tot eene der veelvuldige Staatsregelingen, hetzij tot de invoering van het Wetboek Napoleon voor Holland, of tot het tegenwoordige Wetboek worde gebragt), zoo moeten ook al de regten vervallen, die met de Hofhoorigheid in een noodzakelijk verband stonden.»

Mihi vero, etsi ab egregio MEYER invitus dissentiam, distinguendum videtur: recte utique *ob causam* memoratam cessasse habenda sunt jura, quae directe e servili ista conditione profluunt, qualia sunt: *hobae sive mansi coacta inhabitatio*; *vetita discessio ab Echta*, nisi libertate redem-

---

1) Respons. IV.

2) Cf. Decreet van 15 Sept. 1807.

3) Cf. Wetboek van Strafrecht, Art. 484.

4) Cf. Lex 1 Germinal an XII, et Wetb. op de Burgerl. regtspleg. Art. 1041.

5) Respons. IV.



ta 1) et novo substituto servo; nuptiae prohibitae, nisi salva pace dominica; interdicta bonorum dispositio testamentaria 2); hereditatis redemptio (*erfwinning*) imposita sub poena statum incundi, qui dicebatur BeImundigheid; omnia haec sane eius statûs sequelae, caet. — Minime vero ea, quae sequelae possunt reputari fundi concessionis, vel potius concessi juris colendi. Num his adnumerandum quod Jure Curtis ex hereditate ad Dominum perveniebat, mortuo lito? Adnumerandum sine dubio; quod ipse MEYER quoque agnoscit 3): »Het was niet alleen de jaarlijksche opbrengst, door den *Meijer* verschuldigd; niet alleen het behoorlijk onderhoud van het bebouwde goed, dat den eigenaar het gebruik daarvan vergold, maar ook zijne *persoonlijke regten* op de dienst van den *Meijer*; zijn regt, om het *beste pand*, bij versterf, tot zich te nemen; zijne *andere voordeelen*, die hij, zoo bij overlijden als bij andere gelegenheden, had:” quamvis enim communiter hereditatis ista partitio, nobis quoque Haafdeelingē vocata, servilis conditionis sequela dicenda sit, hoc tamen casu imprimis habendam censeam, veluti locationis conductionis pretium repraesentantem; insuper quod ipsa Canonis sive Censûs exilitas jam probat. Praeterea partitio ista haereditatis non erat necessarius effectus Germanicae servitutis, e qua, quae dicitur Hofhoorigheid, oriunda; ad quam probandam positionem ipsius MEYERI verbis

1) Quod ipsa ratio jam docet: nam ipso legum effectû libertatem jam nactus est Litus, nec amplius ergo emendam.

2) Eorum scil. bonorum, de quibus inter vivos donatione disponere ei licebat: nam cetera ei non competere, sed locationis conductionis partem efficere, mox probare conabor.

3) *Respons.* IV.

denuo utar 1): »Dit leert ons een Schrijver, die de zeden en gebruiken van zijn land, niet bij gissingen en gevolgtrekkingen, maar uit eigene beschouwing kende, en die zijne taal zóó wist te gebruiken, dat ieder woord met opzet gekozen schijnt, om daardoor een bijzonder denkbeeld uit te drukken; ik bedoel TACITUS, die in zijn nog niet, immers hier te lande, genoeg gekend en gewaardeerd boek, *de moribus Germanorum*, Cap. 25, zegt: »Ceteris servis non in nostrum morem descriptis per familiam ministeriis utuntur; suam quisque sedem, suos penates regit. Frumenti modum dominus, aut pecoris, aut vestis ut colono injungit, et servus hactenus paret.” Jam vero colonus Romanus hereditatis partitioni obnoxius non erat, etiamsi de iis omnibus, quae sibi acquisiverat, sine domini venia libere disponere 2) ei interdictum esset; ergo, quae Jure Curtis ex hereditate domino competebant mortuo lito, nec e prisca Germanica servitute, nec e Romanorum colonatu profluere habenda sunt, sed potius constituere locationis conductionis pretii incertam partem 3).

1) *Aanmerkingen over de Hoorigheid* apud DEN TEX et VAN HALL.

2) Cf. SAVIGNY, *Op. laud.* pag. 13: »Die Colonen waren vielmehr des Eigenthums fähig, und es war ihnen nur untersagt, ihr Vermögen ohne Einwilligung des Gutsherrn zu veräußern [L. an. C. Theod. *ne colonus* (5, 11), L. 2 C. J. *in quibus caus. coloni* (11, 49)], indem freilich ein wohlhabender Colone für das Gut selbst und für den Gutsherrn vortheilhafter war, als ein armer.” Et porro pag. 18: »Vermögen konnten sie haben, nur war ihnen die freie Veräußerung desselben untersagt: doch waren einige Classen auch von dieser Beschränkung frei.”

3) Videntur tamen dictae hereditatis partitioni, olim saltem, non fuisse obnoxii, qui vocabantur *Curmedae*, nobis Keurmoedigen, et optimum tantum catallum post mortem Domino relinquere debuisse, affirmante TROTZIO loco supra citato, fide Placitt. Gelr. Saeculi XVI, quod vero confirmatum non invenimus in citato

Num *melius catallum* (beste pand) 1) nominatim quoque habendum est juris fundi colendi sequela, et ergo constituens jus reale (grondregt)? — Negat quidem RAEPSAET his verbis 2): »Comme les rentes et les redevances ont remplacé les charges et les services, dont les fonds étaient grévés avant de devenir emphytéotiques, ainsi la *morte-main* ou *meilleur catel* a remplacé le droit de prendre au décès du serf; tout ou une partie de ses meubles,» caet.; et porro: »ce qui peut avoir motivé de préférer le nom de *meilleur catel*, pour signe de reconnaissance de l'affranchissement et de la servitude personnelle à tout autre signe de reconnaissance, n'est pas bien certain,» caet.; denique: »BRITTON a soin de nous avertir, que cette redevance est purement personnelle, *sed non servitus bonorum*; CE QUI PROUVE DE NOUVEAU, COMBIEN IL FAUT SE DÉFIER DE BURGUNDIUS 3), QUI EN FAIT UNE REDEVANCE FONCIÈRE.» Jam vero, cum apud nos in Jure Curtis universe non nisi rarissime obtinuisse manumissionem appareat 4), difficile melioris exigendi catalli

Legum complexu: *Hofhorig regt in de Twente*; lapsu temporis fortasse magis magisque in hac materie confusio obtinuit; — quin etiam hereditatis partitionem et melius *Catallum* cumulative a quolibet Lito (*Hofhoorige*) debitum invenimus in citato *Hofhorig regt* caet. Art. XII.

1) Hoc jus variis occurrere solebat nominibus: Latine: *Jus optimi Catalli*, *Optimum de possessione*, *Jus Caduci*, *Jus Mortuarii*, *Manus mortua*, *Optimus equus* vel *bos*, *Curmeda*, nobis: *Het beste pand*, *het beste Catheel*, *het dooden-pand*, *de doode hand*, *Keurmede*; Germanice: *Hauptrecht*, *Todtfall*, caet. — Cf. KLUIT, *Hist. der Holl. Staatsreg.* IV, pag. 74 sq. — RAEPSAET, *Analyse*, caet. Tom. V, pag. 27, sqq. Chap. *de la Main morte ou meilleur Catel*.

2) *Op. laud.* loc. cit. pag. 28.

3) *Ad Cons. Fland.*

4) Ita sane RACER, *Over-Yss. Gedenkst.* IV, pag. 150: »De gedeeltelyke eigen-



jus manumissionis agnitionem ducas; quam ob rationem quamvis sine dubio communiter habendum sit jus personale, tamen in casu BURGUNDIUM quoque non erravisse suspicor, servitutum bonorum affirmantem. Praeterea nunc priscus Litus cum non amplius hobam sive praedium inhabitare coactus sit, neque diutius colere agros, ut a fundis discedat, omnino liber est: si enim a fundo discedit, cuius optionis jus plenum habet, destituitur jure suo dominus: nulla enim hereditas adhuc adest; contra, Lito discedente, fundum sibi proprium nunc colendum curare dominus liber est, pretio justo, more hodierno; sin manere praefert Litus, nec quidem dejici sinit, Jus Curtis invocans, ut nuper adhuc fieri solebat 1), nihil profecto quoque obstat, quominus recte fruatur suo jure Dominus ad hereditatem vacantem, quaeque eius generis plura: nimis enim profecto inique ducendum, ab una parte re aliena aliquem uti frui et omne commodum facere solum, ab altera parte vero ipsum Dominum sive proprietarium rei suae justo pretio destitui. Rei difficultatem intellexisse apparet cum Suprema Curia Hagae Comitum, ad quam provocatum erat in causa, de

dom, waarin deze hoorige lieden aan hunne Heeren toebehooren, is van allen niet uit dezelfde oorzaak af te leiden. *Gedeeltelyke vrylating van geheel eigen menschen*, om landgoederen op voorwaarden te bezitten; als ook vrywillige overgave van zich zelve, door vrye menschen gedaan uit bygeloof, gebrek van onderhoud, verdediging, veiligheid; of om zich aan andere lasten te onttrekken, en meer andere redenen worden gemeenlyk voor den grond gehouden, waarop deeze gedeeltelyke eigendom berust." Cum vero ne minime quidem unicus fons, quin etiam rarissimus eius conditionis habenda sit manumissio, difficilium sane jus melioris Catalli exigendi, in hac materie, exinde petas.

1) Cf. MEYER, *Consult.* IV.

quā MEYER, *Resp.* IV, tum Domaniorum gubernatio: nam mutuo consensu caussa coram Suprema Curia indicta mansit, cum saepius conata sint Domaniorum Administratores componere negotium cum Litis sive iis, qui Hoorigen dicebantur, quod Anno 1826 maxima saltem parte feliciter peractum esse, MEYER affirmat 1).

Colligendum, nihil obstare, quin Juris Litonici vestigia recte etiam nunc manerent, prout ea non directe e servitute profluerent, nisi aliud adesset impedimentum: peculiaris scilicet obstat ipsi Juris Litonici indoles; quod ipse quidem MEYER postremo animadvertit his verbis: »Het Hofregt zelf, hetgeen achter het Overyssele Landregt is gedrukt, erkent, dat het regt van *bemeijering* van den staat der Hoorigheid onafscheidelijk is, en bepaalt daarom bij Art. 3, dat niemand eenig Hofgoed bezitten of hebben mag, die *naar de nature des goeds niet geladet (gekwalficeerd)* is 2), eene beschikking, die, uit den aard der zaak ontspruitende, ook op de kwestie in dezen kan worden toepasselijk gemaakt. Immers, bijaldien niemand dan een gekwalficeerde, dat is een Hoorige, het Hofgoed bezitten mag, indien tegenwoordig niemand hoorig is, volgt daaruit van zelf, dat niemand het Hofgoed naar Hofregt bezitten of *bemeijeren* kan. Alle Hofhoorigen zijn vrij geworden en uit den *echte* gegaan, krachtens de nieuwe Wetgeving, en zonder *wederwissel*. Er is dus niemand meer, die tot de *bemeijering* bevoegd

---

1) Cf. MEYER, *Aanmerkingen*.

2) Bonorum Meierdingicorum possessionem liberis hominibus non permissam fuisse, STRUBEN monet quidem in Tract. *de Bonis Meierdingicis* §. IX, probat autem in *Parergis Göttingensibus*, Tom. I, Lib. 2, Obs. 1, § §. 4, 5.

of geregtigd zij, en de eigenaar heeft evenzeer de vrije beschikking over zijn goed, als de Hofhoorige over zijnen persoon en zijne nalatenschap: zij zijn elkander even vreemd als andere ingezetenen.”

Quin etiam spontaneam submissionem priscus Litus hodie frustra invocaret, cum pacta privatorum Jus publicum mutare nequeant.

Ergo, non amplius defendi possunt apud nos 1) cum ipsum Jus Meierdingicum tum jura officiaque, quae ex eo profluebant; quam ob rem supervacaneum per se apparet probare, nihil commune habere cum Jure Toparchico, quod et ex iis, quae exposuimus, facile deducetur. Nec tamen penitus praeterire Jus Curtis volui, idque quidem eam ob rationem, quod negari sane nequeat, primitivam et imperfectam fundi concessionem huius juris fuisse fundamentum, unde multa quoque, quae in eo occurrunt, explanationi esse possunt nonnullorum, quae jura in Toparchiis inveniuntur, quorumque, contra vulgarem opinionem, Toparchicam rejecimus indolem.

---

1) In Polonia rustici et etiamnunc adscriptitii occurrunt; in Russia quidem a servis vix distant, cf. DONKER CURTIUS, *Op. laud.* pag. 21.



§. XIV.

**NONNULLA DE JURIBUS PRIMAE NOCTIS,  
CULLAGII, MARCHETAE, MARITAGII,  
BUNEDIS, AFFORAGII, CAET.**

Familiares nonnulli cum Jurum Toparchicorum, quae dicuntur, apologiam conscribentem me accepissent, cumque saepius jocose a me inquirerent, an et Jus Primae Noctis quoque defendere in animo haberem, pro certo habui, huius juris indolem ac naturam a multis etiam nunc prorsus male intelligi, quod me incitavit, brevissime quamvis, pauca afferre eorum, quae de illo jure constant.

Jura *Primae Noctis*, *Cullagii*, *Marchetae*, *Afforagii*, aliaque, quamvis revera variam habeant significationem, non raro confunduntur, nec non saepius ea male explicuerunt sive interpretati sunt Scriptores 1).

Jus *Primae Noctis*, quod exstitisse affirmatur a G. VAN LOON et P. VAN DER SCHELLING in Toparchiis Voshol, Schagen, Sluypwyck et Rhoon aliisque, repetendum videtur e Sacrae Scripturae (Apocryphon) libro, TOBIAS, *Cap. VIII, vs. 4*; ubi nempe TOBIAS uxori suae nuper ductae proposuit, continentiam observare et precibus pervigilare tres noctes primas: »Sara exurge »et deprecemur Deum *hodie* et *cras* et *secundum cras*, quia »his *tribus noctibus* Deo jungimur: tertia autem nocte in nostro

---

1) Quod fecit verbi causa P. VAN DER SCHELLING, *Hollands Tiendregt*, Tom. I, pag. 142 sqq.

»erimus conjugio.” Quae continentia postea in praeceptum conversa est a Concilio 4<sup>o</sup> Carthaginiensi, *Can. XIII*, Anni 498 1). Verba Canonis haec sunt: »Ut sponsus et sponsa cum benedicendi sunt a sacerdote, a parentibus suis, vel a paranymphis offerantur, qui cum benedictionem acceperint, eadem nocte pro reverentia ipsius benedictionis in virginitate permaneant.”

*Capitularium Libri VII Cap. 463<sup>o</sup>* praescripta quoque invenitur illa continentia hisce quidem verbis: »Ut biduo vel tri-duo orationibus vacent et castitatem custodiant, ut bonae soboles generentur et Domino (Deo) in suis actibus placeant 2).”

Jamjam continentia ea imposita redimi solebat, ut ceterae poenitentiae Canonicae solebant medio Saec. XII<sup>o</sup> 3) et inde reditum Episcopo efficiebat non exiguum 4).

Quomodo in manum Toparcharum venire potuerit, si revera venit, nescio; infeudatione verosimiliter; suspicor autem reditum illum male fuisse habitum unum atque eundem cum *Marcheta* sive *Maritagio* 5).

Jus Primae Noctis cum *Cullagio* quodammodo cohaerere vi-

1) Cf. RICHARD, *Analyse des Conciles*, Tom. I, pag. 348, cit. RAEPSAET, BOEHMER, *Jus Eccles. Protest.* Tom. III, pag. 1271 (Lib. IV, tit. 8, §. 16).

2) Cf. quoque HERARDI, Archi-Episcopi Turensis Synod. A<sup>o</sup> 858, *Cap. 89 (Capitul.)* Tom. I, col. 1291).

3) Cf. VAN ESPEN, P. II, Sect. 1, tit. 7.

4) TOBIAE enim imitatores omnino rariores fuisse, nemo sane in dubium vocabit. Veruntamen MONTESQUIEU, *Esprit des Loix*, Livr. 28, Chap. 41: »c'étoit bien ces trois nuits-là,” ait, »qu'il falloit choisir; car pour les autres on n'auroit pas donné beaucoup d'argent.”

5) Sic quoque Ecclesiasticum jus illud Primae Noctis *Marchetae* nomine occurrit apud CARPENTIER in *Gloss.*

detur, quod consistebat in convivio nuptiali amicis et paranymphis oblato a sponso. *Usus* magis quam *jus* fuisse videtur *Cullagium*; ni fallor etiam nunc invenitur quibusdam in insulis provinciae Zeelandiae; etiam in Hollandia exstitisse affirmat VAN LOON. Sponsa scilicet, a paranymphis custodita, sponso non tradi solebat, nisi convivio promisso; qui mos nec hodie plane obsolevit apud nos; quem tamen usum maxime indecorum habeo, ut etiam omnium conviviorum nuptialium, in quibus subinde, — idque quidem apud gentes, quibus caeterum gloriari licet urbanitate — maxime impudica agnoscuntur, sive verbis, — quorum, licet solerti delectu nihilominus turpis finis nimis distincte perspiciatur, — sive typis magis minusve symbolicis cuiuscunque tandem generis, — quarum ne argutissimi quidem sales procacitatem lasciviamque tegant, — quin etiam, quae, aut hilare approbari solent, aut quorum, turpe! ingens laetitiae fertur ad astra sonus! — Quid! nonne (animo) informare possumus, quantopere istud intactam timidamque puellam male habeat, virginitatis jamjam deperiturae consciam? — Equidem profecto juvenem in animo fingere nequeo, generosum eruditumque aquae moderantem indignationi, siquidem iterum iterumque ingenuo pudore caram nympham atque unanimam genis videat erubescens. Valde sane assentior ГОЕТЬЕ, dicenti 1): »Unter allen Festen ist das Hochzeitfest das ungeschicklichste; keines sollte mehr in stille Demuth und Hoffnung begangen werden als dieses.»

A PHILIPPO II, Edict. 22 Junii A<sup>i</sup> 1589, Art. 7, juvenus quidem prohibita est, quominus a sponsis exigeret quod diceba-

1) *Wilhelm Meisters Lehrjahre.*



tur Schotelen-spyze, quod nihil aliud fuisse apparet quam convivium illud sive *Cullagium* 1).

Ejusdem generis ac *Cullagium* fuisse videtur *Praelibatio* 2).

Majoris momenti nobis est *Jus Marchetae*: consistebat enim in redempta licentia, a serva vel etiam a Vasalla domino soluta. Tempore nempe servitutis servae non licebat matrimonium inire sine expressa domini venia, ne eius inviti potestati et dominio subtraheretur; quae pecunia dicebatur *Marcheta* sive *Maritagium*, i. e. pretium quoddam, initio incertum, certum postea 3); vigente feudali Regimine, vasallis etiam tali licentia opus erat, filiabus scilicet, ne in matrimonium ducerentur a quodam domino hoste.

*Bumede, burmede, baumieth, nagelgeld, bunzengeld, bunzengroschen, schürzenzins* 4) idem significant, quod *Marcheta*, nimirum coëmptionem puellae 5), idem etiam *Cazzagio Pedemontensium* 6).

---

1) Placaetb. van Vlaend. Lib. II, pag. 171, cit. RAEPSAET. — Lectu non indigna, quae de hac materie habet VAN DSINGA, *Het Staatsrecht der Vereenigde Nederlanden*, caet., Tom. I, Verd. II, Hoofdst. 11, pag. 422 sqq.

2) Cf. CARPENTIER, *Gloss.*, voce *Praelibatio*.

3) Cf. etiam BOEHMER, de *Conjugio servorum* et GRIMM, *Deutsche Rechtsalterthümer*, pag. 383, his verbis: »Für die einwilligung wurde ein zins entrichtet, welcher *maritagium* hiess, wenn die braut aus derselben familie, *foris maritagium*, wenn sie aus einer fremden war,“ caet.

De matrimonio olim emtionis venditionis instar, per solidum et denarium scilicet, contrahendo, cf. VAN DE SPIEGEL, *Oorsprong en Historie der Vad. rechten*, pag. 121, et Scriptores ibi citati.

4) Cf. GRIMM, *Op. laud.* pag. 384.

5) Cf. HOFFMANN, *Observationes Juris Germaniae*, Lib. I, Cap. 7, 8.

6) Cf. RAEPSAET, *Recherches sur l'origine et la nature des droits, connus anciennement sous les noms*, caet.

E quo concludere licet, Jus Marchetae originem duxisse e servitute et e feudo; minime verum fuisse Toparchicum. Cum autem, ni fallor, non amplius vigeant reliquiae juris Marchetae, jam mittamus.

Ceterum consulere licet RAEPSAET, qui his de juribus dissertationem conscripsit: *Recherches sur l'origine et la nature des droits, connus anciennement sous les noms caet.*, quae legatur dignissimam.

De *Affragio* supra jam diximus; non raro, qua ratione nescio, cum *Jure Primae Noctis* confunditur.

Jus *Coxae laxandae* denique, Jus *Connagii*, et Jus, quod in Gallia *droit de Jambage, droit de Cuissage* 1), et in Germania *Reitschot* dicitur, non nisi nomina videntur, quae ironice cuidam tribuuntur juri, quod turpi isto saltem sensu nunquam exstitit 2), etiamsi nonnunquam fortasse usurpatum.

Cactera quaecunque sint, Jura, vulgo Toparchica dicta, quamvis, in quae diligenter investigetur, perdigna sint, inpraesentiarum in medio relinquere lubet: ea enim postea tractare nec non illa, quae fortasse minus nota, cum rarius occurrant quorumque notitiam qualemqualem a quocunque Toparcha vel alio privato expetitam grato animo accipiam, ut jam saepius me dicere memini, in animo habeo: nec enim quam et horum praecedentium jurum instar, investigare originem et indolem, aliquod jucundius mihi erit.

1) Cf. BOISTE, *Dictionnaire Universel de la langue française*, caet. voce *Cuissage*; qui ita interpretatur: »droit qu'avait le Seigneur de placer sa jambe et sa cuisse dans le lit des nouveaux mariés ses vassaux;» caet.

2) Cf. HOFFMANN, *Op. laud.*

§. XV.

**JURUM TOPARCHICORUM, quae vulgo dicuntur,  
FATA, INDE AB ANNO 1795.**

Restat exponere historiam eorum, quae Jurum Toparchicorum nomine veniunt, inde a praecedente saeculo exeunte, quam, ne saepius repeterem 1), una §°, quoad eius fieri potest, absolvere malui.

1795.

Argumentatione sane non indiget, jura, cum e Feudali Regimine oriunda, tum Toparchicae auctoritatis sequelas, plene viguisse ad annum 1795 2). Rerum autem conversione facta, inturbata difficile manere poterant et intacta, utpote Libertatis, Aequalitatis et Imperii Popularis principiis, saepius male intellectis 3) et perperam adhibitis, magnam saltem partem contraria.

Negari profecto nequit, in multis, cum Gubernationis et Administrationis, tum Jurisdictionis, tunc temporis adfuisse abusus gravissimos; et quamvis, non obstante luxu et luxuria magis magisque crescente, partim e Gallia in Patriam nostram invecta,

---

1) Subinde tamen nonnunquam repetam nonnulla eorum certe necesse erit, quae jam hic illic in huius disputationis cum hacce tum Prima Parte monui.

2) Cf. D'ABLAING VAN GIESSENBURG, *Regtmatigheid van schadevergoeding voor afschafte Heerlyke regten*, pag. 8.

3) Cf. *De Vriend des Volks*, (Middelburg 1796) N<sup>o</sup>. 22, *Brief van Gozen de turfstapeler, behelzende een samenspraak over de vryheid, en antwoord daarop*.



prudential, integritatis et fidei magna copia, nostrae genti propria, abusus illi eo adscendere non siverit, quo erupissent in Gallia vicina 1), et hic tamen etiam multa emendanda et

1) Cf. J. M. KEMPER, *Crimineel Wetboek voor het Koninkrijk Holland*, caet. Amst. by ALLART, 1809. Inleiding pag. 63. — Ad rem illam, ideoque imminentem rerum conversionem omnino caligavisse non paucos in Gallia, si modo auctoritas qualis-qualis historica tribuenda sit fabulatore Gallico MÉRY, probare liceat e narratione, cui titulus: ANDRÉ CHÉNIER (vid. *Le Commerce Belge*, 28 Décembre 1849, *Feuilleton*), e qua certi dialogi pauca haec referre lubet: »III. Une soirée de ce temps (1788) dans l'hôtel de la Tour-d'Aigues, à Aix: ..... Eh bien!" (dit M. de Castellane) »Vauvenargues a dit que les lettres reflétaient la société. Pensée »d'une précision et d'une vérité incontestables. La société française, si agitée sous »la Fronde et pendant nos dernières guerres de religion, est aujourd'hui dans une »assiette calme dont elle ne sortira plus, car l'expérience instruit les hommes. »Aussi, que font les écrivains, les musiciens, les poètes? Ils écrivent, ils com- »posent, ils chantent selon les goûts tranquilles de notre société. On enthousiasme »la France avec le simple récit des amours de deux bergers. Nos mœurs sont si »doucees qu'elles ne demandent pas d'autre littérature, et nos écrivains répondent à »ces heureuses exigences par des oeuvres naïves, par des chants simples dignes de »l'âge d'or.

»Cela est fort juste, dit M. de Florian; les écrivains, avant de composer, écou- »tent le public, et ne lui donnent que ce qu'il demande; on ne peut avoir des »succès qu'à ce prix. Ainsi, par exemple, si aujourd'hui un poète embouchait la »trompette guerrière ou provoquait le peuple à se révolter contre les rois, ce poète »n'aurait pas un lecteur.

»— Pas un! dirent plusieurs convives, et quelques hommes d'État de 1788.

»— Aussi, poursuivit M. de Florian, je dirai, moi, comme M. Rousseau de Ge- »nève, et avec bien plus de bonheur. *J'ai vu les mœurs de mon siècle*, et j'écris »des pastorales.

»— Très-bien! très bien! M. de Florian! dirent les convives.

»M. de Florian continua :

»— Tous les abus énergiquement signalés par mon glorieux parent, M. de Vol- »taire, ont disparu. La guerre des encyclopédistes a fait son oeuvre. L'azur vient »après la tempête. Si M. de Voltaire, mort depuis neuf à dix ans, tenait encore

corrigena aderant; et ponere revera non absum, fidem et probitatem nostratium caussam fuisse non levem, quod non antea jam Gallicum seculi sint exemplum. Constat sane jam Anno 1787 et hic quoque permultos fuisse addictos theoriis, quae mox Gallicae rerum conversionis fundamenta; qua de re eleganter certus illorum temporum peritissimus moderatoris ingenii Historicus, non amplius incertus 1), nimirum Administer APPELIUS 2): »De beste Engelsche en Fransche schriften werden in het Nederduitsch vertaald, en eerder verzwolgen dan gelezen; men zag zelfs de meest overdreven stellingen door mannen van kunde en oordeel toejuichen, die bij de bloote bespiegeling bleven, zonder de gevolgen eener onbepaalde toepassing bij een verbasterd en verdeeld volk behoorlijk door te denken.” Inde nostra rerum conversione orta, quod metuendum erat, quodque *saepius*, quidni *semper* dicam, locum habere solet, id

---

»aujourd'hui la plume, il écrivait des pastorales charmantes, avec des bergères du lac de Ferney.

»C'est incontestable! s'écria le noble auditoire, et M. Rousseau de Genève aussi!

»— Mais lui aussi! poursuivit M. de Florian; M. Rousseau, remarquez-le bien, »a toujours eu un certain penchant pour le genre pastoral. Il a écrit une infinité »d'épigrammes sans le savoir; que ne ferait-il pas aujourd'hui en ce genre, s'il voyait »le royaume lui demander des pastorales, et plus de *Contrat social*?

»— Il est évident, dit M. Delille, que M. Rousseau de Genève serait aujourd'hui »dans les bergeries comme nous.”

1) Cf. G. W. VREEDE, *Bijdrage tot de Geschiedenis der Omwenteling van 1795 tot 1798*, pag. 6 praef.

2) *De Staatsomwenteling van 1795 in haren aart, loop en gevolgen beschouwd*, pag. 1. Praef. cf. et G. W. VREEDE, *Oper. laud.* pag. 4, Praef.: »De »ontwikkeling van staatsrechtelijke theoriën had gelijken tred gehouden met ver- »meerdering en ophooping der misbruiken, met den onwil van het Bestuur tot »wezenlijke hervorming.”

et apud nos tunc accidit: modum scilicet excesserunt, injuriis substituentes injurias 1).

Cum autem huic sequentibusque accurate exponendis conversionibus locus nobis non sit, cumque Jurum Toparchicorum, cum proprie tum improprie ita dictorum, negotium hodiernae nostrae disputationis subjecta materia sit, unice nobis investigandum erit in horum fata inde ab anno 1795, nec non cuiusnam vis ac momenti in ea fuerint mutata Juris Publici principia.

Hominis ac civis jurum agnitioni ac professioni jam statim contraria habita fuisse Jura, proprie dicta Toparchica, nemo sane in dubium vocabit; sed et alia Jura quoque multa cum fundi domini juris vere sequelas, tum *Regalium* concessorum nomine Toparchis competentia, ultro intacta manere vix poterant. »Het is wel zoo,“ diserte APPELIUS ait 2), »dat de man, die doordenkt, volkomen begrijpt, dat de hoofdgrond van alle recht, de rust van de Maatschappij, bestaat in het eerbiedigen der rechten van een ander; het is wel zoo, dat er geen Land is, in het welk de oorspronkelijke rechten der Ingezetenen niet om velerlei redenen hebben moeten beperkt worden, en dat sommige van die rechten, welke men onder de *Regalia* telt, en die dus oorspronkelijk aan de geheele Maatschappij behooren, aan enkele van hare Leden op eene

---

1) Singulari profecto adspectu conversionem hanc expositam legimus in quodam tractatu eorum temporum, cui titulus: *Gods liefderyk bestier in de omwenteling van Nederland aangewezen; om deszelfs bewooners, ter eerbiediging van zynen wil, daarin zichtbaar, te bewegen*, door HENDRIK VAN DEN HESPEL, Predikant te Westzouburg, te Amsterdam by J. v. d. Burgh en Z. 1796.

2) *Oper. laud.* pag. 17.



wettige wijze hebben kunnen worden afgestaan, zonder dat de grondbeginselen minder waar, minder ontegenzeggelijk zijn. Het is dus ook niet tegen te spreken, dat de wijziging, welke in de toepassing van sommige grondregelen is gemaakt, geene de minste strijdigheid in zich bevat; maar het is tevens waar, dat vele Leden der Maatschappij niet zoo volkomen geschikt zijn, om deze onderscheiding altijd te vatten, en althands niet om de juistheid der toepassing te erkennen, zoo dra deze met hunne belangen strijdig is. Het kan dan ook niet missen, of de zoo even aangevoerde wijzigingen en bepalingen moesten aan allen tegenstaan, welke zich geveild hadden met het onbepaalde genot van voorrechten, die hun met verkorting van het recht van anderen zouden zijn toegekend; bij hun moest iedere maatregel, welke strekte om alles in den evenaar te houden, voor aristocratie worden uitgekreten; deze kreet moest te grooter worden, naarmate een vuig eigenbelang, ondankbaarheid en lage streken zich met oppervlakkige kundigheden vereenigd vonden, en onder het behulp van eene ruime borst de gelegenheid gaven, om in de menigvuldige Volksbijeenkomsten, welke bij het begin der Staatsomwenteling werden opgericht, van de vertrapte Volksrechten, en van de voorrechten eener onbepaalde Vryheid en Gelykheid te schreeuwen." Cum vero Edicto d. 31 Januarii 1795, Hominis ac Civis jurum agnitionem ac professionem continente, constitutum esset: neminem patrimonii sui imminutionem pati debere, ne publicae quidem utilitatis causa, nisi hoc expressa Populi voluntate decretum esset, idque quidem salvâ praevisâ damni compensatione 1),

1) Verba haec sunt: »dat niemand kan verplicht worden, iets van zyne byzon-

confessi sunt, Edicto d. 6 Martii 1795 1), ipsi eo temporis Populi Delegati, se judicavisse: »niets anders te kunnen doen, dan de Heilige en onvervreembare Rechten van den Mensch en van den Burger, te moeten toepassen, op de Rechten en Praerogativen, welke door de geheele Provincie van Holland, of door Bijzondere Steden of Personen bezeten worden, als Eigenaars van Vrije en Ambachts-Heerlykheden, en dat zij dien-volgende geen zwaarigheid behoeften te maken, om, uit naam van het volk van Holland, plegtiglijk te verklaren, dat alle ingezetenen van Holland, gelijkelyk, zonder onderscheid van Steden of Dorpen, gerechtigd zijnde tot het ongestoord genot der Rechten van den Mensch en van den Burger; derhalven niemand, en dus ook geene wettige Eigenaar van Heerlykheden, van *deze Eigendommen* beroofd kan worden, *dan onder behoorlyke schaevergoeding*, welkers nadere bepaling zij echter als het werk eener Nationale Conventie beschouwden.

1797.

Subinde d. 2 Junii 1797 futurae Legis Imperii specimen, ingentem numerum 918 articulorum continens, Populo Batavo propositum est a Corpore Legifero (Nationale vergadering).

Quum Jurum Toparchicorum negotium ibi ex nostra sententia

dere Eigendommen, aan het Algemeen, te moeten afstaan of opofferen, zonder dat zulks, door den wil des Volks, of door zyne Repraesentanten, uitdrukkelyk bepaald zy, en na eene voorafgegane schaevergoeding." Cf. *Advies van 's Lands Advocaten aan het Departementaal Bestuur van Holland*, exhib. 30 Sept. 1803.

1) Cf. *Nieuwe Nederlandsche Jaarboeken* of Vervolg der merkwaardigste Geschiedenissen die voorgevallen zyn in de Vereenigde Provinciën caet. voor het jaar 1795, pag. 1620 sqq. Cf. et D'ABLAING VAN GIESENBURG, pag. 10.

optime componeretur, revera dolendum videtur, specimen illud, ferventibus partium studio animis, etiam hac ex parte fuisse improbatum atque rejectum. Certe omni hac in re longe majores laudes quam Legislator A<sup>i</sup> 1795, cum quod ad distinctionem et dilucidam et accuratam, tum quod ad aequitatis studium 1), ipsis legum verbis conspicuum, meruerunt auctores huius speciminis, et lectu omnino dignissimi sunt articuli, qui de argumento nostro agunt. Positiones nostras, Jura Toparchica omnino distinguenda esse a juribus, cum e Feudali regimine oriundis, tum fundi dominiij juris sequelis, non novas esse, saltem plene demonstrant 2).

---

1) Aequitatis studium illud et in scriptis quibusdam illorum temporum elucet, modo conferas certum libellum A<sup>i</sup> 1797, cui titulus: *Nederlands Staatsgebreken en derzelver Geneesmiddelen*, jam summo loco habitum a KLUIT, *Hist. der Hollandsche Staatsregering*, IV, pag. 603. Ex libello hoc in huius disputationis Parte III citandi quidem locus erit.

2) Ita enim habent:

»Art. 796. Alle Leenroerige Goederen, midsgaders alle ter Leen uitgegeven »Rechten, voor zo verre deze laatste niet geheel mogten zyn vernietigd, het zy »dan *Hoofalleenen* of *Agterleenen*, worden van den dag af der eerste zittingneming »van het Wetgevend Lichaam, in alle plaatzen en Gewesten, alwaar de Leenpligt »bevoorens niet reeds is afgeschafft, gehouden voor *allodiiaal*, ten dien effecte, dat »daar over op gelyke wyze kan gedisponeerd, midsgaders daar in gesuccedeerd zal »worden, als omtrent alle andere Goederen vermag te geschieden.

»Art. 797. Alle Heeren- en Hofdiensten, midsgaders alle andere soortgelyke »servile verplichtingen, uit het Leenstelsel herkomstig, of op hetzelfde geground, »worden op het voorgemeld tydstip door de geheele Republiek gehouden voor ver- »vallen en vernietigd.

»Art. 798. Ten aanzien van alle zodanige *Hofhoorige* Rechten, welke meer »overeenkomst hebben met Erfpagt, of ander soort van Erfogtelyken Eigendom, »(dominium utile) zo als op sommige plaatzen in de Republiek door erfwinning, »opvaart en dergelyken is verkregen, zal het Wetgevend Lichaam, na ingenomen



1798.

Ad hoc usque tempus incertae conditionis manserant Toparchae. Constitutione demum A<sup>i</sup> 1798 revera negotii illius com-

»consideratien en advis van het Departementaal Bestuur, zodanige voorzieningen  
»maaken, als ten nutte der wederzydsche belanghebbenden by hetzelfde geoordeeld  
»zal worden te behooren.

»Art. 799. Insgelyks bestaat 'er geen Chyns- noch Thyns-recht meer, gegrond  
»op Souverain of Heerlyk gezag aan de ééne, en op eene servile verpligting aan  
»de andere zyde; zodanige Chynsen, Thynsen, Pensiën en andere dergelyke las-  
»ten, welke in sommige Gewesten thands geheven worden, worden vernietigd en  
»afgeschaft.

»Art. 800. Hier onder zyn niet begrepen zodanige Chynsen en Thynsen, welke  
»uit een vrywillig Contract haaren oorsprong hebben, noch ook Erfpagten, Uitgan-  
»gen, zogenaamde Beklemmings- en andere soortgelyke Rechten.

»Art. 801. De vernietiging van het Leenstelsel, Art. 796, vermeld, is geenssins  
»toepasselyk op anterieure Contracten, handelingen, transactiën en sententien, noch  
»op aanhangige Procedures, noch op het recht tot vroeger verstorven Erfportien;  
»welverstaande, dat in alle de voorschreven en dergelyke gevallen, waar in het  
»Leenrecht nog zoude behooren gevolgd te worden, geen verzoek tot verley noch  
»prestatie van hulde of manschap, noch ook relief, wegens eenig bevoorens daar  
»omtrent gepleegd verzuim, zal noodig zyn; voorbehoudens nogthands de verplig-  
»ting tot betaaling van alle bevoorens reeds verschuldigde Heeregewaaden en  
»Hofrechten.

»Art. 802. De Eigenaars of Bezitters van Leenkamers, midsgaders alle de genen,  
»welke van Leen- of Dienstpligten, Thynsen, Chynsen, Pensiën of andere derge-  
»lyke lasten, als by Art. 796, 797 en 799, vervallen zyn verklaard, eenig pecuniëel  
»voordeel genieten, zullen, by afkoop, wegens het gemis derzelve, door die ge-  
»nen, welke deze lasten verschuldigd waren, behoorlyk moeten worden schadeloos  
»gesteld.

»Art. 803. Het Wetgevend Lichaam zal, na ingenomen consideratien en advis  
»der Departementale Bestuuren, bepaalen den voet en de wyze van afkoop; bly-  
»vende de afkopen, welke reeds te vooren door de Hoogstgeconstituëerde Magten  
»syn bepaald, in volle kragt: dan, ten aanzien van den tyd en de noodzaaklyk-

ponendi moles inchoata est. Quantopere autem accommodata sint a Legislatore Jura Hominis ac Civis tam valde jactata,

»heid of verpligting van afkoop, zal het Wetgevend Lichaam zich naar die generaale bepaalingen, ten dezen opzigte hier vooren gemaakt, moeten gedragen en »zorgen, dat de wyze en kosten van taxatie, zo der Hoofd- als Achterleenen, de »manier van ontvang der afkopen, de inrigting van zodanige Leenkamers, welke »geoordeeld mogten worden nog te moeten blyven subsistoëren, en de bewaaring »of overbrenging der Chartres der vernietigde Leenkamers, op de billykste en minst »kostbare wyze worden gereguleerd.

»Art. 807. Ten opzigte van alle verdere Rechten, welke by de uitgifte der »Heerlykheden, aan de Heeren derzelven zyn afgestaan, of welke, voor zo verre »van de uitgifte niet kwam te blyken, by dezelve Heeren of hunne Prédesesseuren »van onheuglyke tyden, mogten zyn bezeten en uitgeoefend, zal het Wetgevend »Lichaam, na ingenomen consideration en advis van het Departementaal Bestuur, »binnen agttien maanden na deszelfs eerste zitting, bepaalen, welke daar van zul- »len worden afgeschafte en vernietigd; en beslist het Wetgevend Lichaam ten aan- »zien van welke zodanig afgeschafte Heerlyke Rechten, aan derzelver Eigenaars »of Bezitters, wegens het pecuniëel nadeel, het welk hun door de voorschreven »afschaffing mogt worden toegebracht, eenige schadeloosstelling zal behooren gege- »ven te worden; en bepaalt in die gevallen daar van tevens den tyd en de wyze.

»Art. 808. Ook bepaalt het Wetgevend Lichaam, of; en zo ja, welke schade- »loosstelling zal behooren plaats te hebben omtrent Ambtenaaren in gewezen Heer- »lykheden, welke, onder eenen *onereusen Titul* hunne posten hebbende verkregen, »uit hoofde van de thands aangenomen beginzelen omtrent het Volksrecht tot de »aanstelling van zodaanige Ambtenaaren, van hunne posten verlaten zyn en blyven.

»Art. 809. Alle Tienden, het zy groote of grove, het zy Smaltienden, of No- »vale- en Turftienden, Krytende- of Bloedtienden, Byën- of Ganzentienden, of onder »welken anderen naam die ook zouden mogen bekend zyn, welke op eenen wettigen »Titul geheven worden, zyn afkoopbaar, de Tiendschuldige zulks verkiezende.

»Art. 810. Deze afkoop geschiedt door byzondere persoonen, en door een »gantsch District, Dorp of Karspel gesamenlyk op dezelfde wyze.

»Art. 811. Geene nieuwe of novale Tienden mogen worden ingevoerd op woeste »of nieuw aangewonnen Landen, welke voordaan ter bebouwing zullen worden »uitgegeven.

»Art. 812. Het Wetgevend Lichaam zal, binnen agttien maanden na deszelfs



insigne indicium habeatur huius Legis Imperii Art. 24, e quo Jura Toparchica ita dicta extincta jubebantur, *nulla damni compensatione concessâ.*

Diligenter autem huius Legis Imperii perscrutari Articulorum 24 et 25 vim et auctoritatem maximi videtur momenti, qui ita fere habent: Art<sup>o</sup> 24<sup>o</sup> in aeternum extinguui dicebantur, nulla damni compensatione concessâ, nimirum prout *facto*, i. e. ipsa Legis Imperii promulgatione extincta non essent, Jura illa omnia, Toparchica proprie dicta, quibus privatae aut personae, aut societatis, agnosceretur *cum* auctoritas quaedam publica sive in urbe quadam sive in pago vel vico, *tum* jus instituendorum Ambactorum vel Ministerialium.

Deinde Art<sup>o</sup> 25<sup>o</sup> extincta declarabantur, utpote civium aequalitati ac Libertati contraria, jura omnia: decimandi, censûs, retro-emptionis, mortuarii et retractûs, cuiuscunque tandem generis, nec non *cum* jura, *tum* onera vel officia, quocunque nomine venerint, *e Jure vel Regimine Feudali oriunda*, quaeque contractum synallagmaticum vel liberum legitimam causam non haberent.

Denique, intra menses duodeviginti post primum consessum

---

»eerste zittingneming, overeenkomstig de regelen van rechtvaardigheid, bepaalen  
»de somme voor welke, en den voet, waar op de voorschreven afkoop zal kunnen  
»geschieden; den tyd der opzeggingen, door de Tiendpligtigen te doen: de  
»middelen van zekerheid voor de Verpondingen en andere lasten, waar voor de  
»Tienden op sommige plaatsen zyn aangeslagen; en voor de Tractementen en andere  
»bezwaaren, welke op andere plaatsen op de Tienden zyn geâdsigneerd, midsgaders  
»het geen verder in dezen te bepaalen zoude mogen zyn.

»Art. 813. Alle Nakoops- en Naastingsrechten, onder welke naamen bekend,  
»die gevolgen zyn van Heerlyke Rechten, worden, van het aannemen der Constitutie af, vernietigd en afgeschaft."



statueret Corpus Legiferum (het Vertegenwoordigend Ligchaam) de norma ac modo eiusmodi jurum et redituum redimendorum omnium, quae veri domini fructus haberi possent, caet. 1).

Haec autem animadvertenda habeo, quae nimis saepe negligi solent. Distinguuntur scilicet, minus accurate ac dilucide licet, quam distinxerant Legis Imperii Speciminis supra memorati Auctores:

- I. Jura ac Tituli Toparchica.
- II. Jura, quae originem ducunt e Feudali Regimine sive Jure Feudorum.
- III. Jura, quae originem ducunt e contractu synallagmatico.
- IV. Jura ac reditus, quae veri domini, sive potius, fundi domini fructus existimare licet.

1) »Art. 24. Alle eigenlijk gezegde Heerlijke Regten en Titels, waardoor aan een bijzonder Persoon of ligchaam zou worden toegekend eenig gezag omtrent het Bestuur van zaken in eenige Stad, Dorp of Plaats, of de aanstelling van deze of gene Ambtenaren, binnen dezelve, worden, voor zooverre die niet met de daad zijn afgeschaff, bij de aanneming der Staatsregeling, zonder eenige schadevergoeding, voor altijd vernietigd.

»Art. 25. Alle Tiend, Chijns of Thijns, Nakoops-, Afstervings- en Naastings-Regten, van welken aard, mitsgaders alle andere Regten of Verplichtingen, hoe ook genoemd, uit het Leenstelsel of Leenregt afkomstig, en die hunnen oorsprong niet hebben uit een wederzijdsch vrijwillig en wettig verdrag, worden met alle de gevolgen van dien, als strijdig met der Burgeren gelijkheid en vrijheid, voor altijd vervallen verklaard.

»Het Vertegenwoordigend Ligchaam zal, binnen *achtien* Maanden, na deszelfs *eerste* zitting, bepalen den voet en de wijze van afkoop van alle zoodanige regten en renten, welke als vruchten van wezenlijken eigendom kunnen beschouwd worden. »Geene aanspraak op pecunieele vergoeding, uit de vernietiging van gemelde Regten voortvloeiende, zal gelden, dan welke, binnen *zes* Maanden na de aanneming der Staatregeling, zal zijn ingeleverd.»

Ad. I. Quod ad jura primi generis attinet, definiuntur illa Art<sup>o</sup> 24<sup>o</sup>; Parte huius nostrae Disputationis Prima de iis diximus.

Ad. II. Exstincta 1) declarantur tantummodo jura illa, quae e Feudali Regimine sive Jure Feudorum oriunda; consequens est, ea, quae ex illo Regimine originem non ducant, exstincta non habenda esse: nam verba: *van welken aard*, strictissimo sensu non esse intelligenda, ex eo apparet, quod, si e contractu synallagmatico orta sint, exstincta non declarentur, et si veri domini fructus haberi possint, modo jubeantur redimibilia.

Quod vero nonnulla jura nominatim enumerata fuerint, huius rei causa haec fuisse videtur, quod Legislator illa potissimum e Feudali Regimine orta consideraverit; jam autem si modo veri domini fructus demonstrari possint vel e contractu synallagmatico oriunda, consequatur necesse est, illa jura, quamvis speciatim memorata, in extinctionem illam non incidisse; errore deceptus modo habendus erit Legislator, eorum veram indolem ignorans: quam si novisset, sine dubio ea extinguere decernere nolisset; quae sequentia cum verba tum sensus Art<sup>i</sup> 25 luce clarius jam ostendunt. Recte etiam hoc a Consultissimo GANDERHEYDEN animadvertitur 2), ubi de Decimis ita loquitur: »Men werpe ons niet tegen, dat naar

1) Animadversione dignum est, Legislatorem A<sup>i</sup> 1798, pro parte saltem idoneis hac in re usum fuisse vocibus: *vermiedigd verklaard*: de jure enim recte usurpatur; nec non *vervallen verklaard* defendi potest; interea negari nequit, Legislatorem minus recte quoque adhibuisse (Art. 24) vocem: *afschaffen*. »Wij hadden dat Artikel voor ons liggen,» Administer ait in Consessu d. 7<sup>i</sup> Octobris 1848. Profecto mirum videri debet, Administros e duabus bonis unicam malam elevisse vocem.

2) *Pleitrede over het voortdurend bestaan van het Domaniaal Tiendregt*, caet. pag. 43.

onze wijze van redeneren, en wanneer nu ook de particuliere bezitters van oude en nieuwe tienden zullen bewezen hebben, dat zij niet kunnen vallen onder het bereik van Art. 25, (Constit. 1798), dit Artikel alle mogelijke toepassing zal missen: want wij antwoorden eenvoudig: »het zij zoo: hebben onze Staathervormers zich omtrent de oorspronkelijke natuur der tienden en van het tiendrecht bedrogen, dit kan ons niet bevoegd maken, om hunne beginselen (die wij gaarne huldigen) ook daar toe te passen, waar dezelve uit den aard der zake geene toepassing kunnen vinden, waar zij zelven, beter van den waren aard der zake, en den onmiskenbaren oorsprong der tienden en van het tiendrecht onderrigt, geene toepassing van hunne beginselen zouden hebben willen maken, waarvan de strekking alleen was, om het LEENSTELSEL en het LEENREGT met al hetgeen dáárin ALLÉÉN zijnen grond van bestaan kon vinden te vernietigen, en alle Heerlijke Regten en preëminentien bovendien, geenszins om eenige regten en bezittingen weg te nemen, ALLEEN OM DAT DE LEENBAND DAAARAAN WAS GEHECHT GEWEEST."

Quae cum ita sint, profecto animadversione dignissimum, et ob eam causam, quamvis jam saepius monuerim, silentio huc praeterire non decet, Legislatorem scilicet A<sup>i</sup> 1798 jam recte distinxisse jura *Toparchica* a *Feudalibus*; deinde, hoc bene consideres, nec *Decimarum*, nec *Censuum*, nec *Retractus aliorum*—que jura *Toparchicorum* numero contineri.

Ad. III et VI. Quod porro distinguantur jura, quae e contractu synallagmatico orta appareant, a juribus redivisibusque, quae tantum veri domini fructus haberi possint, (de horum enim redemptione unice sermo est) haec Constitutio A<sup>i</sup> 1798, quamvis mox vocata malum opus: »t' gewrocht eener partij."



caet. 1), in eo sane laudem meretur prae legibus de eodem argumento Gallicis, secundum quas scil. proferrentur, necesse erat, tituli contractus liberi vel fundi concessi, ut recte jus vel reditus duceretur veri domini fructus; — eo furoris, saepius jam animadverti, nostrates non processerunt.

Summa est: Constitutione A<sup>i</sup> 1798 extincta sunt *decreta Jurum Toparchicorum* illa, e quibus „aan een byzonder Persoon of ligchaam zou worden toegekend eenig gezag omtrent het bestuur van Zaken in eenige Stad, Dorp of Plaats, of de aanstelling van deze of geene Ambtenaren binnen dezelve,” caet. Denique jura atque obligationes omnis generis, quae e Feudali oriunda Regimine.

Negari sane nequit, Corpus Legiferum d. 7<sup>i</sup> Junii A<sup>i</sup> 1798 legem tulisse mox promulgatam, e qua Decimandi jura *omnia* haberi deberent extincta, et possessores sponte vel inviti cogentur, quorundam arbitrorum judicio se subicere circa damni compensationem; nec tamen minus verum est, Administrationem intermediam nihil amplius fuisse, quam legem istam Edicto d. 19 Junii, i. e. duodecimo die postquam lata erat, abrogare, eique omnem adimere vim atque effectum, nec unquam postea vel aliam vel similem fuisse latam 2).

Si eo in statu, quantumvis infelicissimo atque injustissimo, res mansisset, salvis futuris legibus de Decimis ceterisque Juribus, vocatis Toparchicis, vi Legis Imperii ferendis, postea sane tantae non ortae fuissent molestiae; sed aliter evasit. Non est

1) Cf. *Proclamatie* van 14 Sept. 1801.

2) Cf. Anonymi, *Memorie ter wederlegging der Gronden*, caet., jam saepius laud. pag. 26.

tamen, quod difficultatem afferant verba illa, *voor altijd* 1): nam recte D'ABLAING VAN GIESSENBURG animadvertit, ea hodie non magni ducenda esse momenti, cum eiusdem Legis Imperii Art<sup>o</sup> 25<sup>o</sup> et omne jus decimandi *in aeternum* (voor altijd) extinctum sit; quin etiam, cum ex Art<sup>o</sup> 35<sup>o</sup> in exsilium quoque aeternum ejecti sunt omnes, qui, Principis Arausiaci (Stadhouderlijk Bestuur) sectatores manifesti, post d. 1<sup>um</sup> Januarii 1795 e Patria migrassent, quorumque bona publicata dicerentur 2).

1801.

Vi Legis Imperii 1798 Articulorum 304 et 308, etsi mutationis nihil haec pateretur ante Annum 1803 exeuntem, et Anno demum ineunte 1804, necessitate urgente 3), reformanda fuisset 4), Anno tamen jam 1801, malum opus vocata 5), ab-

1) Cf. Artt. 24 et 25 *Constit.* 1798.

2) Vid. D'ABLAING VAN GIESSENBURG, *Op. laud.* pag. 11. Verba sunt: »Welke »beteekenis aan het in 1798 gebezigde, *voor altijd*, onder de Regering van het »Huis van Oranje, thans nog dient te worden gehecht; blijkt niet alleen uit Art. »25 der gezegde Staatsregeling, waar onder anderen insgelijks *alle tiendregt* voor »ALTIJD vervallen wordt verklaard; maar nog veel duidelijker uit Art. 35, volgens »hetwelk eveneens, *voor altijd* gebannen worden, alle openbare voorstanders van »het gewezen Stadhouderlijk Bestuur binnen de Republiek gewoon hebbende, en »daaruit geweken, sedert 1 Jan. 1795, en hun persoonlijk eigendom tevens wordt »gezegd, vervallen te zijn aan de Natic.»

3) Vid. Art. 30 *Bijlage*, Reglement Letter E. Behoorende tot Titul IX; cf. J. VAN DE POLL, *Verzameling van Nederlandsche Wetten en Besluiten*, caet. pag. 90.

4) Cf. Ipsius Legis Imperii Art. 305.

5) Cf. Edictum d. 14 Septembris 1801: »..... Wy vragen het U Medeburgers ook thans. Is deze Staatsregeling (1798) de Wet, welke den verklaarden wil van *allen* bevat? Is dezelve naar uwen aard, naar uwe behoeften afgemeten? Kunnen

rogabatur, imo penitus exstinguebatur, cum Edicto d. 16<sup>i</sup> Octobris eiusdem anni nova Lex sancita promulgaretur. Sic igitur Lex A<sup>i</sup> 1798, vi nata, vi quoque interit.

Si hucusque conditio Toparcharum incerta pependerit, post Anni 1801 latam Legem multo incertior erat quam dudum. Haec enim Lex, cum expressis verbis non memoraret Jura Toparchica, controversiis ansam praebuit vehementissimis.

An enim Legislatur:

A. Jura Toparchica vigere cupierit vel tantum siverit;

B. An Jura Toparchica, quae extincta declaraverat Lex A<sup>i</sup> 1798, recte extincta habuerit, et inde, se ea silentio praeterire posse, existimaverit;

C. An vero Jura Toparchica, quippe vigentibus, i. e. Constitutione agnitis, Juris Publici principiis contraria, existere non posse censuerit, et inde ipso facto non amplius existere?

Haec quaestiones sunt, quae animo sponte succurrunt, quaeque singulae suos habebant sectatores.

Jam vero quod ad primam attinet, affirmative quidem argumentatur *Anonymus* in expositione saepius memorata 1).

---

uwe belangen door middel van dezelve naar behooren worden behartigd? Of is dezelve slechts het Gewrocht van eene partij, welke door alle spitsvindigheden van eene bedriegelyke Staatskunde getracht heeft, het bestuur van 's Lands Zaken, onder een' zekeren kring van menschen te bepalen?" caet.

1) *Memorie*, caet. pag. 26 sq. Sic enim habet: »En eindelyk, (om niet alles »op te halen) kan het wel aan eenigen gegronnen twyfel onderhevig zyn, of het »geen in Artikel 24 en 25 der voorrige Staatsregeling ten aanzien der Heerlyke »Rechten en Tienden etc. geplaatst is geweest, opzettelyk en met wel voorbedag- »ten raade door de Ontwerpers in de laatste is uitgelaaten, wanneer men opmerkt »in de eerste plaats, dat in hetzelfde zo evengemelde 25<sup>ste</sup> Artikel, en wel in dat



An vero hac in re inconsiderate audiendus sit, saltem si quæramus de Juribus Toparchicis, *proprie* ita dictis, plane consentire non ausim, cum negari sane nequeat, Jura illa vigentibus eo temporis Juris Publici principiis prorsus fuisse contraria.

Quod ad secundam attinet quaestionem, contrariam sententiam utique amplectebantur quatuor illi Reipublicae Advocati in Juris Responsis, exhibb. et d. 25 Februarii A<sup>i</sup> 1803 et d. 30

»eenige, de vervallenverklaring van het Leenstelsel of Leenrecht gevonden wordt,  
»en dat by de nieuwe Staatsregeling dit het eenige point is, dat uit die Artikelen  
»is overgenomen en overgebracht in het 16<sup>o</sup> Artikel der algemeene beginselen; terwyl  
»van al het overige, in die Artikelen te vinden, een diep stilzwygen gehouden is,  
»ten duidelyken blyke, dat de Ontwerpers der laatste Staatsregeling zeer zeker die  
»Artikelen der voorgige hebben naargegaan, maar daar in niets aanneemelyks ge-  
»vonden, dan alleen de afschaffing van het LEENRECHT. Men voege hierby in de  
»tweede plaats, dat toen, om over de zo evengemelde quaestie, die het onderwerp  
»van voorgige discussiën was, eenig licht te bekomen, de Eigenaars der Heerlyke  
»en andere Rechten in de meergemelde Artikelen opgenoemd, gelast waren hunne  
»bewyzen en belangens daaromtrent in te leveren aan het Vertegenwoordigend  
»Lighaam, en zy daar aan niet zonder groote kosten en moeite voldaan hadden,  
»aan hun, na de aanneeming der tegenwoordige Staatsregeling, is bekend gemaakt,  
»dat (om de eigen woorden der Advertentie te gebruiken) *alle Ingezetenen en Be-  
»zittinghebbende, welke ter voldoening van de 24<sup>o</sup> en 25<sup>te</sup> Artikelen der burgerlyke en  
»staatkundige Grondbeginsels van de NB. NU VERVALLEN STAATSREGELING derselver  
»Requesten met aangifte hunner Tienden, en HEERLYKE RECHTEN ter geweene eerste  
»Kamer van het Vertegenwoordigend Lighaam hadden ingezonden, dezelve met in acht-  
»neming van zekere bepaalde orde konden terug bekomen.*

»Is dit niet een spreekend bewys, dat de Ontwerpers der nieuwe Staatsregeling  
»en naderhand het Staatsbewind, na de aanneeming der tegenwoordige orde van  
»zaaken, zelf die Artikelen van de voorgige Staatsregeling als vervallen beschouwd  
»en het daar voor gehouden heeft, dat nu geen onderzoek over den oorsprong  
»dier Tienden en Heerlyke Rechten, of dezelve al of niet uit het Leenstelsel af-  
»komstig waren, of wel hunnen oorsprong hadden uit een wederzydsch vrywillig  
»en wettig verdrag, en wat van dien aart meer is, meer te pas komt, maar dit  
»alles te gelyk met de Staatsregeling van 1798 van zelfs vervallen is?"

Septembris eiusdem anni; quibus et adstipulatur D'ABLAING VAN GIESSENBURG 1). Verum affirmantibus favere videtur A. A. MOOYAART in Libello, nuper edito (1848), cui titulus: *Over de afschaffing der Heerlijke Regten, betreffende voordragt of aanstelling van personen*; quem tamen magis minusve Jus Feudale confudisse suspicor cum Jure Toparchico 2).

Tertiae autem quaestioni omnino affirmative me respondere, confiteri non vereor, salva restrictione certa: nimirum verbum *existere* arctiore sive proprio juridico sensu non esse sumendum, contendo. Rem enim duplici existimo considerandam esse aspectu:

I. Aspectu duntaxat *Juridico*: quo autem re considerata: Civitas adimere nequaquam potest sine praevia damni compensatione soluta, quod ipsa aut vendiderit, aut alio quocunque modo legitimo alienaverit 3) evictionisque nomine spoponderit. Inde etiam Corpus Legiferum mediis Conversionis temporibus, nimirum A° 1797, Juribus Toparchicis legitimi domini objecta ea habens, applicare non verebatur jura Hominis ac Civis, quorum agnitio ac professio constitutae erant Edicto d. 31 Januarii A° 1795:

---

1) *Op. cit.* pag. 15 in adnot. »Het Leenregt wordt geheel afgeschaft, Art. 16 »der St. van 1801. Dus ging men, van de stelling uit, dat het regtens nog bestond, anders zoude men, zooals in 1805, Art. 9 der St. gezegd hebben: *blijft afgeschaft.*»

2) Pag. 8. Verba sunt: »De daarop gevolgde Staatsregeling des jaars 1801, »het denkbeeld der afschaffing der heerlijke regten bevestigende, bepaalde by art. 16, »dat wel het leenregt wierd afgeschaft, doch dat de wet zorgde voor de schadeloosstelling »der leenheeren.»

3) Cf. *hujus Disputationis* Part. I<sup>ae</sup> §. IV et Pars III.

certe enim non obscura sunt, quae ex Edicto d. 6 Martii 1795 et Legis Imperii Specimine A<sup>i</sup> 1797 citavimus 1).

Quibus concludere non dubito, Jura Toparchica, proprio ita dicta, (nam de ceteris, quippe politicis principiis non contrariis, dicere, supervacaneum habeo) post latam, Imperii A<sup>i</sup> 1801 Legem, revera, arctiore sensu, *existere* non desiisse.

II. Sed aspectu quoque *Politico* res perpendi debet; quod si faciamus, facile colligimus, Jura, proprie Toparchica, quippe principiis Juris Publici, eo temporis vigentibus, contraria, Lege Imperii A<sup>i</sup> 1801 lata, revera vigere, i. e. *effectum habere*, nequaquam potuisse, quam ob rationem ea facto *non exstitisse*, unice dicere possimus, si verbum illud sensu *inertiae* tantum accipiamus.

Quibus perpensis, si duplici illo aspectu rem consideremus, non male fortasse comparare possimus Toparchas, post Legem A<sup>i</sup> 1801 latam, instrumentorum aeris alieni, a Civitate contracti, detentoribus (houders van Staatsschuld-Effecten), quibus, ob temporum rationes et per omne id tempus, quo hae adsint, centesimae solvi desierint. In eiusmodi autem casu Civitatem ob ipsam causam debitorum esse non desinere ac nihilominus jus creditorum *existere*, proprio sensu, nemo sane recte negabit.

Vel si alii comparationi locus sit, assimilare fortasse possimus Toparchas ipsi Civitati, de jure suo non cedenti, etiamsi ad multas condemnato reo, in corpus vi (contrainte de corps) frustra adhibitâ, pecunia non sit, ut solvat, i. e. etiamsi necessitate prohibeatur, quominus jus suum exerceat Civitas;

---

1) Cf. *huius Disputationis*, pag. 256 sqq.



hoc autem dormire habendum erit, certe tamen subito ex-  
perrecturum, quando meliora tempora evaserint, juris exer-  
cizio non contraria, nimirum quando nactus erit condemnatus,  
unde solvat 1).

Quas ob rationes ad hanc conclusionem accedat quisque,  
necesse est, Jura Toparchica et illa quoque, quae proprie ita  
dicuntur, ex Lege Imperii A<sup>i</sup> 1801 minime extincta fuisse,  
sive ea *dormivisse* explicite statuunt cum quatuor illis Reipu-  
blicae Advocatis et cum D'ABLAING VAN GIESSENBURG, sive idem  
fere significantes, Civitati incumbere damni compensationem,  
cum *Anonyma* nostro aliisque 2) dicant.

Profecto! ut ea recte extinguere potuisset, ergo revera ex-  
stinxisset Legislator, praeviae damni compensationi adstrictus  
erat; nec ergo ex Lege Imperii A<sup>i</sup> 1798, si ei vim et auctori-  
tatem prorsus negare nolles 3), neque Lege A<sup>i</sup> 1801, Jura  
Toparchica omnino extincta fuere proprio sensu.

Attamen tempora illa, maxime Annum 1798, valde apta  
fuisse Jurum Toparchicorum plenae extinctioni, ergo ad totum  
negotium illud ad finem perducendum, jam monuit APPELIUS  
his verbis 4): »Het is wel zoo, dat velen, die de bepalingen,  
bij de thands vernietigde Constitutie daar omtrent voorkomen-  
de, als onbillijk en onrechtvaardig beschouwen, het als een  
meesterstuk aanzien, dat men middel gevonden hebbe om eene

1) Cf. *Cod. Pén.* Art. 53.

2) Cf. *huius Disputationis*, Part. I, §. IV.

3) Cf. verbi causa *Regt in Nederland*, III, pag. 291, Hooge Raad, Zitting van  
1 Oct. 1842.

Ibid. pag. 378, Hooge Raad, Audientie van 9 Junij 1843, caet.

4) Op. supra cit. pag. 151 sq.

eindelijke beslissing zoo lang te doen verwijlen, dat eene nieuwe orde van zaken gelegenheid tot andere bepalingen gegeven hebbe; maar het is niet minder waar, dat deze verwijling het werk hoe langer hoe moeilijker maakte, bijaldien men de Staatsregeling toch eenmaal in werking wilde brengen. Vermits het voor het overige ontwijffelbaar is, dat de gevolgen der Staatsomwenteling van 1795, verscheiden bepalingen, vooral ten aanzien der uitoeffening van sommige Ambachtsheerlijke Rechten, noodzakelijk maken, komt het zelfs niet onwaarschijnlijk voor, dat het geschiktste tijdstip voor derzelver daarstelling het jaar 1798 zoude zijn geweest, daar het Vertegenwoordigend Ligchaam spoedig een billijk sijstema van schadevergoeding aannemende, juist destijds een middenweg zoude hebben kunnen houden tusschen de overdrevene denkbeelden der Revolutionairen, en de onbillijke vorderingen van vele der voormalige Ambachtsheeren, op de uitoeffening van alle hunne rechten met eene stijfzinnigheid staande, juist geschikt om hun rechtmatig beklag zelfs te benadeelen.”

Quicquid hac de re sit, et in horum jurum tutelam utique redactus videtur Legis A<sup>i</sup> 1801 Articulus 5, e quo scilicet singulis incolis inturbatum rerum dominium earumque possessio vindicabatur; neque minutissima quidem eorum parte quis destituendus erat, nisi urgente necessitate; nec tamen et eo casu hoc obtinere poterat, nisi salvâ ex aequo damni compensatione 1).

---

1) Verba sunt Art<sup>i</sup> 5<sup>i</sup>: »Ieder Ingezeten wordt gehandhaafd bij de vreedzame »bezitting en het genot zijner eigendommen. Niemand kan van eenig gedeelte »derzelven worden ontzet, dan wanneer het algemeen welzijn zulks volstrekt vor- »dert, en in zoodanig geval niet anders, dan tegen eene billijke schadevergoeding.”

Verisimiliter quidem spectavit Jurum Toparchicorum extinctionem, Lege A<sup>i</sup> 1798 decretam, Articulus 15, e quo omnia reviderentur, quae Leges et Edicta generalia, inde ab A<sup>o</sup> 1795, dominiis vel possessionibus rite acquisitis damnum intulissent, et qua de re cuicumque liceret, Libellis supplicibus adire Civitatis Gubernatores 1). — Inde sane plures Toparchae de juribus omnibus, cum Feudalibus, tum Toparchicis quoque, quae ipsis, saltem ante Annum 1795, recte competiverant, ademptis questi sunt. His in plerisque favebat Juris Responsum quatuor illorum Reipublicae Advocatorum, VAN TWIST, SCHEPMAN, VITRINGA et VAN DER SPYK, exhibitum d. 25 Februarii A<sup>i</sup> 1803, cui assentiri noluit Consilium Rerum Domesticarum (Raad van Binnenlandsche Zaken), quamvis ab omni damni compensatione indiscriminatim quidem non alienum 2). Quapropter senten-

1) Art. 15 sic habet: »Alle algemeene Wetten en bepalingen, welke zedert het begin van den Jare 1795 gederogeerd hebben aan de waarde van Eigendommen of wettig verkregen Bezittingen, zijn aan herziening onderworpen. — Een ieder die door dezelve benadeeld is geworden, kan zich deswegens aan het Staatsbeveind vervoegen, het welk, naar bevind van zaken de afschaffing of verbetering van die Wetten, alsmede eene billijke schadeloosstelling, voordraagt aan het Wetgevend Ligchaam.»

2) Cf. *Responsum* d. 10 Junii 1803. Proposuit enim memoratum Consilium: »Schadeloosstelling te verleenen voor de personele opbrengst der regten tot aanstelling van Schouten, Secretarissen, Drostes, Bailliuwen, Dijkgraven, Heemraden, Gericht of Dijkschrijvers, Vorsters, Boden en dergelijke beambten, waarvan het regt voormaals aan Ambachtsheeren competeerde, zoo dat zij konden gerekend worden zelve die Posten te bezitten, en dezelve dus in hunnen naam te kunnen doen waarnemen, door wien zij begeerden, en op zoodanigen voet als zij voor hunne belangen best oordeelden; welke regten echter afgeschaft behoorden te blijven, gelijk ook die wegens de aanstelling der Leden van het Plaatselijk Bestuur of Gericht; voor welke laatste echter geen schadevergoeding zou dienen te worden



tiam suam tuiti sunt Advocati novo eoque copioso Juris Responso, exhibito d. 30 Septembris A<sup>i</sup> 1803 1). Ejusdem temporis est Jurum expositio illa sagacissima 2) incerti auctoris, quam saepius citavimus in disputatione nostra.

1805.

CICERONIS non recordantes, dicentis: *neq. omnino deliberanda non esse, in quibus sit turpis ipsa deliberatio,*” tamdiu in hisce fluctuavere, qui tum Rempublicam administrabant, ut nihil hac de re statutum fuerit, cum nova Lex Imperii, d. 25 Martii A<sup>i</sup> 1805 populo proposita, promulgaretur d. 26 Aprilis. Edictum enim d. 9 Augusti A<sup>i</sup> 1802, quo de Censibus Domanalibus accurate solvendis in Brabantia Septentrionali cavebatur 3),

---

gegeven; kunnende men de voormalige bezitters van laatstgenoemde regten ten dien aanzien gelijkstellen, met zoovele hunner Medeburgen uit allerlei standen, welke ten gevolge der Staatsomwenteling van den jare 1795, zich de opoffering van verschillende voorregten of agrementen hebben moeten getroosten, zonder daarvoor eenigerlei schadevergoeding te hebben kunnen erlangen of zelfs naar billijkheid begeeren.” — Quam ultimam argumentationem bene procedere quis non facile admittat, neque magni esse ponderis consentiat.

1) Ad hoc Juris Responsum D'ABLAING VAN GIESSENBURG recte animadvertit (pag. 16 in adnot.): »De zienswijze in 1803, zelfs van regtsgeleerden, was dus, dat men zich in geen geval op de Staatsregeling van 1798 voor het vervolg kon beroepen, als zijnde met alle hare gevolgen uit den weg geruimd, d. i. geacht niet te hebben bestaan.”

2) *Memorie ter wederlegging van de gronden en redeneringen, vervat in de Missive* (10 Junij 1803) *van den Raad van Binnenlandsche Zaken, aan het Staatsbewind der Bataafsche Republiek, over de Heerlijke Regten, gesteld door het lid van dien Raad* J. H. VAN DER PALM.

3) Cf. VAN DE POLL, *Op. laud.* pag. 235. Edictum autem d. 20 Augusti A<sup>i</sup> 1802, statuens de censibus Domanalibus (Domanio debitis) solvendis caet. in Gelria,

et illud d. 19 Jannarii A<sup>i</sup> 1804, quo ad *tempus* providebatur fundis Feudalibus, sitis in territorio, a Gallica nostrae Reipublicae concessio 1), denique Edictum d. 10 Augusti eiusdem anni, statuens de tollendo abusus circa Decimarum perceptionem in eodem territorio 2), cum aut praeviae fuerint aut speciales ordinationes certum quendam locum spectantes, nec quicquam statuunt vel dicant de Juribus proprie Toparchicis, unice veram afferentibus difficultatem, hic in censum venire non possunt.

Lex Imperii A<sup>i</sup> 1805 Articulo 9 Regiminis Feudalis abrogationem confirmabat, salva damni compensatione ex aequo ac justo, nondum soluta 3).

Articulo autem 8<sup>o</sup> idem fere statuebatur atque praecedentis Imperii Legis Art<sup>o</sup> 15<sup>o</sup>, hisce adjectis et mutatis: »De ver-  
toogen, uit dit Artikel voortvloeiende, kunnen geen onderwerp van Regterlijk onderzoek nitmaken. Ieder, die door dezelve Wetten is benadeeld geworden, kan zich deswegens aan den

---

temporale (tijdelijk) tantum erat, nec ergo in censum venire potest, cf. etiam pag. 239.

1) Cf. VAN DE POLL, *Op. laud.* pag. 251. Animadversione sane digna videntur verba Edicti: »..... tot tijd en wijze de eindelijke beschikkingen betrekkelijk het werk der Leenen zullen zijn bepaald, en dus, zonder bij deze op dezelve te anticiperen." Hic damni compensationem spectari nondum solutam, quamvis promissam, satis conspicuum.

2) Cf. VAN DE POLL, pag. 263.

3) Verba Art<sup>i</sup> 9<sup>i</sup> sunt: »Het Leenregt blijft afgeschafft. Alle goederen worden »gehouden voor Allodiaal. De Wet zorgt voor de billijke en regtmatige schade- »loosstelling der Grond-eigenaren, welke door deze afschaffing *blijkbaar* zijn bena- »deeld geworden." Ad quae haec animadvertit D'ABLAING VAN GIESSENBURG, (pag. 19): »Dit was de eerste reizē sedert 1795, dat de Wetgever openlijk erkende, dat de eigenaren ten deze *blijkbaar benadeeld waren geworden.*"

Wetgever vervoegen, die naar bevind van zaken en op de meest billijke wijze op de bovengemelde verzoeken zal disponeren." Porro etiam dominiorum vel possessionum legitime acquisite aestimatio arctius circumscribatur voce apposita »pecuniële; verisimiliter ad affectionis pretium, quod dicunt, excludendum.

Caeterum vero Jura Toparchica et haecce Lex quoque nominatim non significavit. Negotium adire vel non ausum fuisse Legislatorem vel ob tristem Patriae atque aerarii exhausti conditionem non potuisse, apparet.

**1806—1808.**

Anno demum 1806, Juribus Toparchicis, cum proprie tum minus proprie ita dictis, magnam partem effectum restituit Decretum d. 9 Junii 1). Hac enim Lege declarabatur: Toparchas, quibus ante Annum 1795 competivisset jus instituentorum membrorum Magistratus vel Judiciii localis (Leden van Gemeente-Besturen of Regtbanken) excludi quidem ab hocce suo jure, utpote Imperii Legis Articulis 66 et 67, nec non Edicti d. 19 Julii A<sup>i</sup> 1805 2) Articulis 18 et 52, et Edicto (Reglement voor de Gemeente-Besturen) d. 20 Decembris A<sup>i</sup> 1805 contrario; — Toparchas quoque destitui quidem Juris Feudalis exercitio, nimirum si Feudi Domini fuissent, salva damni compensatione ex justo et aequo, e Legis Imperii

1) *Publicatie* van H. H. M. M. vertegenwoordigende het Bataafsche Gemeene Best. Houdende bepalingen, aangaande de Heerlyke Regten, gearresteerd den 9 Juny 1806.

2) *Publicatie* van H. H. M. M. enz. inhoudende het Algemeene Reglement voor de Departementale Besturen.



Art<sup>o</sup> 9<sup>o</sup> promissa sive addicta. — Toparchis vero dehinc licitum fore denuo suo jure uti instituendorum majorum minorumque Ambactorum (Ambtenaren), puta Scultetorum, eorum qui essent ab Actis et Secretis, Grafionum, aggerum Curatorum et Hydrarchiarum ceterorumque huius generis: nimirum si ante Annum 1795 jura illa ipsis competitivissent, et salva Administrationis Provincialis (Departementaal Bestuur) approbatione salvisque ceteris, quae lege hac de re in posterum constituerentur; ceterum sub conditionibus quibusdam 1). —

1) Hae enim erant conditiones:

»a. Dat met betrekking tot die hoogere Ambtenaren, ten platten Lande, thans »nog bekend onder den titel van Schouten, Secretarissen, Dijkgraven, Dijkregters »van bijzondere Polders, of welke andere titulature zoodanige Ambtenaren, de »zelfde functiën uitoefenende, in de onderscheidene Departementen der Republiek »zouden mogen voeren, de Personen tot die Posten door de Eigenaren der Heer- »lijkheden, behoudens en onverminderd de bepalingen, hiervoren vermeld, ten »aanzien der twee eerstgenoemde, en de ondergeschiktheid der twee laatstgemelde »aan het Algemeen Bestuur van den geheelen Waterstaat der Republiek aange- »steld, of zoo lang de Wet die bepalingen niet zal hebben daargesteld, zullen »benoemd worden; of wel die Eigenaars zelve, indien zij mogten verlangen dezelve »in Persoon waartenemen, hunne Bedieningen niet zullen mogen bekleeden of aan- »vaarden, dan na dat zij, voor zoo veel de Personen aangaat, de agreatie zullen »hebben verkregen van de Departementale Besturen, waaronder de Heerlijkheden »ressorteeren.

»b. Dat de Acte van Aanstelling, te voren afgegeven binnen den tijd van zes »maanden, nadat de hier na te melden Reglementen zullen zijn gepubliceerd, »moeten worden vernieuwd, en alle, zoo wel als die, welke in het vervolg zullen »worden afgegeven, moeten inhouden de clauseule, *tot wederopzeggens*; met dien »verstande nochtans, dat deze nieuwe Acten van Aanstelling, noch ook de bijge- »voegde clauseule, *tot wederopzeggens*, eene strekking zullen mogen hebben tot wille- »keurige remotiën van actueel in functie zijnde Ambtenaren, waar tegen bij de »respective Departementale Reglementen, artikel 8 vermeld, behoorlijk zal worden »voorzien.

Toparchis deinceps denuo jus fore, praestationibus ac commodis pecuniariis illis omnibus libere fruendi, quae ante Annum 1795 iis competitivissent, exceptis sane iis, quae ex Feudali Regimine originem ducerent. — Denique Toparchis liberum fore, frui et aliis ceteris cuiuscunque generis commodis privatis, non pecuniariis, modo Juribus cum Populi, constitutione agnitis ac sancitis, tum aliorum privatorum, non repugnarent. — Juris Patronatûs Ecclesiae exercitium, expressis verbis quoque restituebatur, ceteraque.

De hoc autem Edicto multa profecto in utramque partem disputari possunt: Obstare omnino videtur, quod Imperii Lege constitutum erat (Art. 26), Corpus Legiferum de nullis deliberare posse, nisi de illis, quae ei proposita essent a Praeside (Raadpensionaris) 1). Jam vero Praeses, nimirum Egregius

---

»c. Dat omtrent zoodanige Ambten en Bedieningen, waar van het regt van  
»Aanstelling te voren gepaard ging met eenig bezwaar of verpligting voor de  
»Eigenaren der Heerlijkheden, dezelve Eigenaars deze verpligting, zoo veel dit  
»noodig zal zijn, wederom op zich zullen moeten nemen.

»d. Dat, ten aanzien van zoodanige bedieningen, waaromtrent door het Gouver-  
»nement algemeene verordeningen zijn gemaakt, of in het vervolg gemaakt zullen  
»worden, speciaal alle Bedieningen, het School- of Armbestuur concernerende, de  
»aanstellingen door de Eigenaren der Heerlijkheden te doen, daar aan zullen zijn  
»gesubmitteerd, en in geenen deele het zij middelijk, het zij onmiddelijk, eenige  
»strekking mogen hebben, strijdig tegen de bedoelde Algemeene Verordeningen,  
»maar dat integendeel aan de waarnemers van dergelijke bedieningen, bij de Acten  
»van Aanstelling, uitdrukkelijk zal worden geïnjungeerd, zich naar dezelve te ge-  
»dragen.”

1) Art. 26: »De Vergadering van Hun Hoog Mogende beraadslaagt over geene  
»andere onderwerpen, dan over de zoodanige, welke Haar door den Raadpensionaris  
»worden voorgedragen. Dezelve vereenigt zich met de Voordragt of verwerpt  
»dezelve, zonder daarin eenige verandering of wijziging te maken.”

RUTGER JAN SCHIMMELPENNINCK munus abdicaverat d. 5 Junii A<sup>i</sup> 1806 1).

Corpus Legiferum ergo legem illam tulit proprio Marte, non auctore neque suaſore Praeside, nisi saltem, cum hic munus suum in ipsorum sinum deposuisset 2), illi existimaverint, auctoritatem Praesidis in se fuisse collatam.

Sed deinde etiam Foedere jam d. 26 Maji LUDOVICO NAPOLEONTI, Hollandiae Regi futuro, ab Imperatore Gallico promissa erat stipulata observantia Legum Constitutionalium populi Batavi, quarum auctoritate regnum adiit LUDOVICUS Parisiis d. 5 Junii A<sup>i</sup> 1806, quod d. 9 Junii in Hollandia cum Populo communicatum est. Legibus illis quidem agnoscebantur cum Lex Imperii A<sup>i</sup> 1805, tum ceterae leges omnes eo temporis momento in Republica Batava vigentes 3). Jam vero eodem die, quo Rex proclamabatur LUDOVICUS, lata est Lex illa d. 9 Junii a corpore Legifero. Quibus perpensis, jam misso hoc factum fuisse non cooperante Praeside, revera quaerendi locus est, an valida fuerit Lex illa, nec ne. Vereor, ut affirmative respondendum sit. Quam ob caussam etiamsi silentio quoque praeteriit Jura Toparchica Lex Imperii d. 7<sup>i</sup> Augusti huius ipsius Anni, omnino nescio, an audiendus sit D'ABLAING VAN GIESSEN-

---

1) Cf. RUTGER JAN SCHIMMELPENNINCK, *en eenige gebeurtenissen van zijnen tijd*, beschreven door zijnen zoon G. Graaf SCHIMMELPENNINCK, II, pag. 188 sqq.

2) Ibid. verba sunt: »Ik maak derhalve gebruik van het regt mij bij Art. 41 der Staatsregeling toegekend, en leg, uit kracht van hetzelfde, bij deze mijnen post als Raadpensionaris neder in den schoot der Vergadering van Uw Hoogmogenden.»

3) Exceptis sane iis, quae expressis verbis abrogatae erant; ad quae D'ABLAING VAN GIESSENBURG (pag. 21): »Zulks was niet het geval met de Wetten betreffende de Heerlijke Regten,» caet.



BURG, statuens: (dat) »de Heerlijke Regten. . . op den voet der Publicatie van 9 Junij 1806 bleven bestaan, nadat de Constitutie van 7 Aug. 1806 in werking kwam; hebbende deze deswege het stilzwijgen bewaard, en zijnde overigens geheel op den leest geschoeid, van gedachte Constitutionele Wetten.”

Praetereunda tamen non videtur Lex de Institutionis Publicae procuratione d. 3 Aprilis A<sup>i</sup> 1806 1), cui consentanea promulgata sunt statuta cum generalia tum singulis Regionibus propria; ut v. c. Regula Scholarum domestica Provinciae Hollandiae d. 5 Martii A<sup>i</sup> 1807 2), cuius ex Art<sup>o</sup> 5<sup>o</sup>, coll. Art<sup>o</sup> 17<sup>o</sup> dictae Legis d. 3 Aprilis A<sup>i</sup> 1806, Toparchiarum possessoribus relictum est Jus instituendi Ludi magistros. Jam vero cum hisce non derogaverint aut Edictum d. 26 Martii A<sup>i</sup> 1814, ut infra videbimus, aut quaelibet Lex postea lata, existimes necesse est, Jure Positivo Toparcharum illud Jus ad novissima usque tempora valuisse jure et facto. Ita saltem judicatum est a Tribunali, quod *Brilae* sedet, d. 8 Augusti A<sup>i</sup> 1845, nec non confirmatum a Curia Provinciali *Hollandiae Meridionalis* d. 23 Septembris A<sup>i</sup> 1846; postremo autem confirmatum a Supremo Senatu, d. 11 Junii A<sup>i</sup> 1847 3). Cum vero secundum illa, quae supra exposuimus 4), Regimen Scholarum habere auctoritatis Publicae, nimirum Juris Publici, hodie saltem non vereamur, vere Toparchicum habemus Jus Ludi ma-

1) Cf. VAN DE POLL, *Op. laud.* pag. 308, sqq.

2) Cf. VAN DE POLL, *Op. laud.* pag. 376, sqq.

3) Cf. *Regtsgeleerd Bijblad*, Junij 1847.

4) Cf. huius Disput. Part. I, §. II, (pag. 36).

gistri instituendi, et inde recte impugnatum ducendum 1) e Legis Imperii Articulo, quem hacce nostra disputatione commentari conati sumus.

Quod ad Legem d. 17 Aprilis A<sup>i</sup> 1807: »houdende algemeene bepalingen op de Jagt en de Visscherij binnen het Koninkrijk Holland,» eique consentaneam Venationis Regulam, quae secuta est d. 8 Maji eiusdem Anni, Toparcharum Juri non nocivas, hae Art<sup>o</sup> 53 Legis d. 11<sup>i</sup> Julii A<sup>i</sup> 1814 abrogatae sunt.

Legē denique d. 3<sup>i</sup> Decembris A<sup>i</sup> 1808 exstinguebantur, quaecumque etiamnunc dicerentur Jura *Exitūs* (*Issue* s. *Exue*) 2); nequaquam dubitandum est ergo, quin recte exstincta habenda sint eiusmodi Jura, si Toparchis competentia hīc vel illic reperirentur; inde locus esse nequit quaerendi, an fuerint Jura vere Toparchica, nec ne.

#### 1810—1814.

Abdicato a LUDOVICO NAPOLEONTE Regno, et vi armata occupata Hollandia, secutum est Senatus consultum d. 13 Decembris A<sup>i</sup> 1810, quo Imperio Gallico Patria subjecta est; qua de re eleganter D'ABLAING VAN GIESSENBURG his verbis: »Het noodlottige uur voor Nederland had geslagen, en men was een tijdperk van onwettigheid, geweld en overheersching ingetreden.

De Fransche Geweldenaar had wel is waar, één jaar te voren, de handhaving der Constitutionele Wetten en de onafhanke-

---

1) Ibid.

2) Wet, behelzende de afschaffing en vernietiging van alle zoogenaamde regten van *Issue* of *Exue*, gegeven den 3<sup>en</sup> December 1808. Cf. VAN DE POLL, *Op. laud.*, pag. 425.

3) *Op. laud.* pag. 21, sq.

lijkheid van den Staat gegarandeerd, maar thans behaagde het hem anders; hij vond goed, met ééne pennestreek, bij Decreet van 9 Julij, of liever bij Senatus Consult van 13 Dec. 1810, een vrij en onafhankelijk Volk, op grond van het... *vuistregt*, in het Fransche Rijk in te lijven.

Nu werden de Heerlijke Regten, evenmin als de regten van de schuldeischers van den Staat, de persoonlijke regten enz. enz. geëerbiedigd; alles hing af van de willekeur van den Dwingeland, en het inzien zijner landvoogden. In één woord, er bestond geen regt meer in ons Vaderland, dan voor zooverre men het wilde laten uitoefenen, en tot wederopzeggens toe."

Interea affirmante eodem D'ABLAING VAN GIESSENBURG, inter leges Gallicas, quibus apud nos vis Legis addicta sit, a RON-  
DONNEAU et FORTUYN collectas, frustra quaeruntur Gallicae Leges de Jurum Toparchicorum extinctione dd. 4, 6, 7, 8 et 11 Augusti A<sup>i</sup> 1789 et 28 Martii A<sup>i</sup> 1790; tacuerunt de Juribus illis Gallicae Constitutiones, hinc publicatae; quam ob rem recte, ut videtur, ab eodem Auctore animadvertitur, eam ob causam universe extinctum dici non potuisse Jus Toparchicum, quod Toparcharum juris exercitium, nimirum instituendi certos Magistratus, impediverint fortasse haec vel illa instituta Gallica, vel quod Galliae Legibus Imperii non agnita fuerint Jura Toparchica. Potius igitur dicendum, quod supra de *Politica* Jurum Toparchicorum contemplatione monuimus, Jurum illorum exercitium facto quidem ob Juris Publici tum vigentis principia impeditum fuisse, veruntamen ipsum Jus intactum mansisse, vel Jura illa dormivisse, ut dicunt, per tempus dominationis, qua ceteroquin tot jura laesa sunt.

Idem dicendum esse de damni compensatione Feudi Dominis



promissa sive addicta ex Edicto d. 9<sup>i</sup> Junii A<sup>i</sup> 1806, asserit D'ABLAING VAN GIESSENBURG 1). Quae ceterum respondenda omnino arbitror illis, qui pro jurum bene acquisitorum extinctione, *proprio sensu*, silente lege, sine ulla speciali lege lata, e majore vel minore cum vigentibus principiis politicis repugnantia, i. e. ex convenientia, spreto jure, facilius fortasse, quam par sit, argumentum petere velint.

Sed et his jam missis, constat Jurum Toparchicorum, quae dicuntur, possessores et illa tempestate fuisse, qui, restituta Patriae libertate, probaverunt, se, aliorum bonorum instar, pro hisce Juribus tributum solvisse *sub dominatione Gallica* (aan de Fransche Regering) 2).

#### 1814—1848.

Venimus ad Edictum d. 26 Martii A<sup>i</sup> 1814 3). Certe silentio praetereundum non est, huius Edicti vim et auctoritatem a nonnullis in dubium vocari, quin etiam ei prorsus denegari, argumentantibus, Edictum illud Diario Authentico ante d. 30 Martii A<sup>i</sup> 1814 non fuisse insertum, cum d. jam 29 Martii eiusdem anni lata fuerit Lex Imperii, quo facto a Summo Imperante (Souvereine Vorst) Potestas Legifera translata sit in eum, quem designaverat ipsa Lex Imperii, unde ab eo temporis momento Promulgatione sancire Legem vel Edictum — quo de juribus dominii statueretur, — Principi non amplius competiverit 4).

1) *Op. laud.* pag. 22.

2) Cf. VAN HOGENDORP, *Bijdragen tot de Huishouding van Staat*, III<sup>de</sup> Dl. pag. 36.

3) Cf. D'ABLAING VAN GIESSENBURG, *Op. laud.* pag. 21.

4) Cf. *Sententia Tribunalis Sylvae Ducis* d. 17 Junii A<sup>i</sup> 1842. *Rechtsgel.*

Attamen, quamquam vis et auctoritas huius Edicti plus semel aut agnita aut denegata sit Tribunalium ac Curiarum sententiis 1), et a Clar. THORBECKE vehementer impugnetur, ni fallor, haec numquam non confirmata est rebus iudicatis, nimirum cum a Suprema Curia pristina Hagana 2), tum a Supremo Senatu. Defendit quoque vim et auctoritatem Consult. L. S. LOTSY in disceptatione forensi sagacissima: »*De Warande van Tilburg verdedigd. Eene bijdrage tot het Jagtregt* 3); sed majoris quidem ponderis mihi videtur argumentatio Nobilissimi D'ABLAING VAN GIESSENBURG, qui conferatur Op. laud. pag. 25 sqq., quamquam citare tantum lubet, quibus auctor haec reponit e neglecta forma arguentibus: »Het Souverein Besluit van den 18<sup>en</sup> December 1813, N<sup>o</sup>. 5 (Staatsblad van 1814, N<sup>o</sup>. 1) behelst in Art. 3 het voorschrift: dat de insertie der stukken in het Staatsblad, beschouwd wordt, als derzelve publicatie, en als vervangende, de bevorens gebruikelijke toezending van gedrukte exemplaren; terwijl Art. 2 bepaalt, dat in het blad geplaatst zullen worden, alle wetten, waarvan de publiekmaking noodig of nuttig wordt geoordeeld.

Op N<sup>o</sup>. 44<sup>r</sup> van het Staatsblad van 1814, vindt men wel eene

---

*Bijbl.* 1842, N<sup>o</sup>. 39, pag. 622 sqq., quam sententiam autem oppugnans H. AMESHOF J<sup>r</sup>., qui conf. apud DEN TEX et VAN HALL, *Regtsgel. Bijbl.* 1843, pag. 190 sqq.

1) Cf. *Weekblad van het Regt*, N<sup>is</sup> 34, 37, 41, 67, 68, 80, 102, 125 et 132 caet.

2) Etiam in causa Toparchae *Almeloe* Jus Venationis Toparchicum dictum hic amiserit, a Suprema Curia pristina Hagana tamen memorati Edicti vis et auctoritas agnita est, eff. *Handleiding tot de kennis van het Staatsbestuur*, voce *Heerlijke Regten*, IV, pag. 206 sqq. *Staats-Cour.* 10 Dec. 1828, N<sup>o</sup>. 292.

3) *Pleitrode met Bijlagen*. Dordrecht 1840.

kennisgeving van de aanneming der Grondwet, maar de tekst van de Grondwet zelve is nergens in het Staatsblad te vinden.

Dat zelfs gezegde kennisgeving de prioriteit boven N<sup>o</sup>. 46 in het Staatsblad zoude hebben gehad, is ook niet uitgemaakt; ten minste draagt zij alle kenteekenen, dat vooraf N<sup>o</sup>. 45 gedrukt en opgenomen werd. Immers vindt men in het Staatsblad eerst N<sup>o</sup>. 44, dan de Kennisgeving N<sup>o</sup>. 44\*, en daarop N<sup>o</sup>. 45. Ware nu N<sup>o</sup>. 44\* dadelijk op N<sup>o</sup>. 44 gevolgd, zoude toch het \* overbodig zijn geweest; derhalve moet 44\* later zijn ingelascht, en gevolgelijk ook later zijn gepubliceerd; zoodat het moeilijk te bepalen valt, of deze inlassching vóór, of na de opname van N<sup>o</sup>. 46 hebbe plaats gehad; terwijl ten slotte nog, dat ingelaschte stuk, wel van Grondwet melding maakt, maar die Wet niet omschrijft, en dus ook niet publiceert 1)."

Possint levia haec videri; sed subtilia argumentis oppugnare profecto licet subtilioribus.

Missis igitur illis cavillationibus, ipsum Edictum paullo accuratius considerare fert animus.

Edicti Caput sic habet: »Besluit van den 26<sup>en</sup> Maart 1814, N<sup>o</sup>. 20, houdende provisionele bepalingen wegens de toekomstige uitoefening der voormalige Heerlyke Regten." Cave, ex eo Capite de Juribus Toparchicis tantummodo dictum inferas: agit enim hoc Edictum et de damni compensatione, e sublato Feudali Regimine illati, et de Juribus fundi dominiū sequelis, et denique de Juribus Toparchicis; nec quidem de hisce so-

---

1) De vi et auctoritate Edictis, etiamsi Diario Authentico non insertis, non deneganda cf. J. V. H. apud DEN TEX et VAN HALL, *Regtsgeel. Bijblad*, 1843, pag. 337 sqq.; — cf. etiam *Circulaire van 3 Mei 1843* apud DEN TEX et VAN HALL, *Op. laud.* 1843, pag. 386 sqq.



lummodo decernere voluisse Principem, apparet, quod probat ipsius Edicti exordium: »Disponerende,” ita enim verba sonant, »op verschillende Rekwesten aan Ons gepresenteerd door eigenaren van voormalige Heerlijkheden, Ridderhofsteden en Havezaten, en alle strekkende om te worden hersteld in de regten en voordeelen, die daaraan oudtijds zijn geacrocheerd geweest,” caet.

Hic ergo nominantur Jura ac commoda, universe quae Toparchiis caet. affixa fuerant, nulla distinctione facta, an vere Toparchica vel Feudalia, an vero fundi domini jura fuerint.

Ita enim Art. 1 agit de praesentatione Scultetorum, Secretariorum et rectorum Communitatum Hydrarchiarumque, quorum jurum naturam Toparchicam ex parte saltem et hodierno intellectu utique concedimus, quamquam a Principe haec omnia imprimis *Toparchica* habita fuisse, non negandum videtur.

Agit Art. 2 de minoribus pagorum officiis; horum autem pauca tantum proprie Toparchica ducere licet; tamen et haec *omnia* quoque *Toparchica* credidisse Principem ponas.

Agit de Juribus Venationis, Piscationis, Aucupii, Retractus, Vectigalis, nomine Pondgeld, Trajectuum, caeterisque eius generis Art. 3. Jam vero nominatim quod ad Jura attinet Venationis, Piscationis, Retractus et Trajectuum, his naturam Toparchicam prorsus denegavimus. Num Princeps Toparchica ea habuit? — Profecto si nomine *soortgelijken* subintellexerit jura decimandi, Censuum, XIII<sup>i</sup> nummi, Venti ceteraque huius generis, Toparchica ea duxisse, nequaquam habendus est. Ne A<sup>o</sup> 1798 Constitutio quidem ea Toparchicorum numero adscripserat.

Agit Art. 4 de Venditionum, Locationum Conductionum et

Hypothecarum instrumentis, in priscis Toparchiis coram Sculteto conficiendis (te verlijden), qualia instrumenta in formam authenticam redacta, i. e. legitimam, ducerentur; sunt autem haec potius Publicae Administrationis; quam ob causam in hisce Toparchica indoles, secundum principia saltem hodierna, agnoscenda nobis videtur.

Verum agit Art. 6 de damni compensatione, e sublatis Curiis Feudalibus illati; respicit igitur hic articulus, si velis, damni compensationem, quam pollicebatur Art. 16 Constitutionis A<sup>i</sup> 1801, vel potius Art. 9 Constitutionis A<sup>i</sup> 1805.

Denique Art. 7 sic habet: »Ten einde *alle* deze bepalingen effect te doen sorteren, zullen alle de voormalige Heerlijkheden, welke door combinatie met andere Jurisdictiën 1) mogten zijn vermengd, weder gescheiden en op zich zelve gebragt worden,» exceptis excipiendis. Quod tamen, si vocem *alle* respicias, minus accurate, ut videtur: quid enim commune habent cum Jurisdictione Venatio, Piscatio, Retractus, Trajectus, Decimae, Census, Patronatus, alia jura nonnulla?

Manifestum est imprimis ex Art<sup>o</sup> 8<sup>o</sup>, Principem hoc Edicto

---

1) Animadversione dignae videntur voces illae: *andere Jurisdictiën*; scil. Legis Fundamentalis A<sup>i</sup> 1814 auctorem primum HOGENDORPIUM ejusque collegas non fugiebat illa, quae Toparchiis cum Jurisdictione intercedit intima necessitudo. Jam vero Jurisdictionem Criminalem, quae olim in Toparchiis fuerat, illos in futurum cessare voluisse, non difitemur; verba quippe clara et perspicua sunt. Quale vero HOGENDORPII aliorumque fuerit consilium circa actus Jurisdictionis Civilis, non ita facile conjicias: Legis Speciminis enim HOGENDORPII Art<sup>us</sup> 45 habet: »Ten platten lande worden alle de Ambagtsheerlijkheden en andere geregten, hoe dezelve in de onderscheidene Provincien ook heten mogen, hersteld op den ouden voet, behalven alleen dat geen van dezelve eenige criminele jurisdictie behoudt.» Cf. THORBECKE, *Aant. caet.* II, pag. 337.

non solum Jura Toparchica, sed etiam omnia domini jura cuiuscunque generis, pro tempore saltem, cum sancire tum restituere voluisse, quae Possessoribus Toparchiarum et, quod bene teneas, Villarum Equestrium sive Fundorum Praetoriorum, ceterarumque Villarum (Ridderhofsteden en Havezaten) [nam haec sane nunquam per se Toparchiae evaserant, nec Juribus Toparchicis gavisae erant] olim competivissent, quorumque exercitium prohibitum erat vel suspensum aut praecedentibus Imperii legibus aut Gallica vi ac dominatione. Verba Articuli sunt: »Alle questien over het voormalig regt der eigenaren, en alzoo over de applicatie der beginselen van dit Ons Besluit op de bijzondere gevallen, zullen als questien over byzondere eigendoms-regten, uitsluitend ter recognitie en judicature onzer regtbanken verblyven 1).” Quod autem clarius apparebit inspicienti Art<sup>um</sup> 10<sup>um</sup>, sic habentem: »Alle de speciale bepalingen van dit Ons Besluit zullen geenszins derogeren aan zoodanige andere of verdere regten, welke of bij deze niet mogten vermeld, of als grondregten beschouwd en niet uitdrukkelijk zijn gedenomineerd geworden.”

1) Quibusnam autem cognoscendum sit de quaestionibus facti ac differentis ortis circa huius Edicti mentem, applicationem et executionem, praescribitur Art<sup>o</sup> 9: »Alle verschillen, klagten of moeilijkheden uit het verstand, de toepassing en uitvoering van dit Ons Besluit, in de bijzondere gevallen ontstaande, zullen worden gebragt ter cognitie van den Commissaris-Generaal van het Departement, in hetwelk dezelve plaats hebben, of de autoriteiten die denzelven vervangen zullen.

»Deze zullen de verschillende belangen zooveel mogelijk vereenigen en partijen »bevredigen, en des needs derzelver questien summier beslissen, behoudens het »regt van dolcantie bij den Commissaris-Generaal tot de Binnenlandsche Zaken, »die daarvan aan Ons zal rapport doen; ten einde, alsdan daaromtrent, zoodanig »te statueren, als Wij zullen vermeenen te behooren.”



Jam vero, si in huius Edicti efficacitatem inquiramus, praemissis exponere conatus sum, eam esse non potuisse veram restitutionem Jurum Toparchicorum, sive proprie dictorum sive improprie: restitutione quippe sic dicta opus non erat 1): nam strictim eorum jurum nulla, exceptis sane e Feudali Regimine directe oriundis 2), extincta duci poterant; verum hoc Edicto eorum liberum, quamvis immutatum ac restrictum, exercitium, Possessoribus de novo asserebatur, quatenus hoc cum Patriae congrueret conditione nec non cum illis Administrationis sive Gestionis Publicae principiis generalibus, a quibus futurae penderent Regni securitas ac felicitas 3); haec quoque ratio, haec caussa, cur, salvo domini jure et salva igitur damni compensatione ex aequo ac justo, Princeps hoc ipso Edicto saepius quidem expressis verbis sibi servaverit potestatem interveniendi 4), quandocumque ejus videretur necessitas; imprimis vero Art<sup>o</sup> 12<sup>o</sup> his verbis: »Deze bepalingen zijn provisioneel en geschikt om alle botsingen voor te komen, en den loop der administratie op eene billijke wijze te regelen, ten einde in tijd en wijle nader door Ons herzien of in verband gebracht te worden, met hetgeen de Grondwet of daaruit te proflueren Reglementen te dezen zouden mogen bepalen.»

1) Igitur non obstant verba Edicti: »willende herstellen.»

2) Imo vero contra horum extinctionem perfectam fortasse nonnulla objicere liceret, damni compensatione lege addicta, eo usque nondum soluta. »De Wet »zorgt,» sic habet Art. 9, Legis Imperii A<sup>i</sup> 1805, »voor de billijke en regtmatige »schadeloosstelling der Grond-Eigenaren, welke door deze afschaffing (van het »Leenregt) blijkbaar zijn benadeeld geworden.» Nusquam invenitur, ut opinor, Lege quadam prospexisse damni compensationi et aequae et justae.

3) Cf. Edicti Exordium.

4) Cf. Art. 2, 3, 5, 6, 9 et 12.

Quibus perpensis, statuimus *cum* huius Edicti Art<sup>o</sup> 6<sup>o</sup> confirmari addictam illam jam olim damni compensationem, nondum solutam, *tum* vero totius Edicti argumentum respicere Legis Imperii A<sup>i</sup> 1805 Art<sup>um</sup> 8<sup>um</sup>, qui sic habet: »Alle algemeene Wetten en bepalingen, welke sedert den jare 1795 hebben gederogeerd aan de pecuniele waarde van Eigendommen of wettig verkregene Bezittingen, zijn aan herziening onderworpen. De Vertoogen uit dit Artikel voortvloeiende kunnen geen onderwerp van Regterlijk onderzoek uitmaken. Ieder, die door dezelve Wetten is benadeeld geworden, kan zich deswegens aan den Wetgever vervoegen, die naar bevind van zaken en op de meest billijke wijze, op de bovengemelde verzoeken zal disponeren;” hac autem differentiâ, ut de omni litis contestatione cognoscerent *Judicia Ordinaria ex hoc Edicto* 1); ceteris, quae forsitan oborirentur, *Politicae magis indolis controversiis ad Administrationem Rerum internarum generalem, quin ad ipsum Principem dimissis* 2).

Etiamsi hoc laudabili justitiae studio constituta illa essent, et ex omni parte illico expeterentur, ipsa tamen negotii perfectio, ne nimia difficultate premeretur Civitatis Gubernatio, in aliud differri debuit tempus, ut scire licet e Litteris, a Praefecto Generali Ostiorum Mosae (Commissaris-Generaal der monden van de Maas) missis d. 21 Aprilis A<sup>i</sup> 1814 N<sup>o</sup>.  $\frac{925}{1927}$  singulis Communitatum Administrationibus 3). Nihilominus au-

1) Vid. Art. 8, supra cit.

2) Vid. Art. 9, supra cit.

3) Cf. D. J. TEN ZELDAM GANSWIJK, *Bijdragen tot de Geschiedenis van het Staatsbestuur in ons Vaderland*, aet. I, pag. 328. Litterae sic habent: »'s Gravenhage,

ctoritatem sibi ex hoc Edicto nimiam mox adseruisse apparatus nonnullos Toparchas: secutum enim est d. 12 Maji A<sup>i</sup> 1814 mandatū, quod citati Edicti mentem ac consilium declarat 1).

»den 21<sup>sten</sup> April 1814. — Het heeft Z. K. H. behaagd, bij Hoogstdeszelfs besluit »van den 26<sup>sten</sup> Maart l. l., eenige bepalingen daar te stellen, welke op den even- »tuelen staat der gemeenten van het platte land, en derzelve betrekking tot de »eigenaren der *heerlijkheden*, eenen belangrijken invloed hebben zullen.

»Alle die bepalingen ademen zoo zeer wijsheid en regtvaardigheid, dat, niet »zonder reden, *van alle zijden*, de aanvraag geschiedt tot eene onverwijde intro- »ductie van dezelve.

»Het kan intusschen, bij de geringste reflectie, niemand ontgaan, dat, zal men »niet verwarring en onbillijkheden veroorzaken, alle de regten der belanghebbenden »vooraf grondig onderzocht, alle onderlinge financiële betrekkingen geliquideerd, »een vaste vorm des bestuurs bepaald, met een woord, eene *volkomene organisatie »der gemeenten zelve*, zullen moeten zijn daargesteld.

»Dit alles nu, mijne heeren, zal van de zijde des gouvernements, ordelijk en »trapsgewijze tot stand worden gebracht; en ik inviteer UEd. alzoo, met de intro- »ductie der bepalingen, welke in voormeld Zijner K. H. besluit vervat zijn, of met »de bemoeijingen daartoe betrekkelijk, *provisioneel te supercederen*, tot dat, van »de zijde eener hoogere autoriteit, daartoe bij UEd. eene regelmatige aanvraag »geschieden zal.

»De Commissaris-Generaal voor het Departement »van de Monden van de Maas,

»(get.) VAN TETS VAN GOUDRIAAN.”

1) *Dispositie* van den Secretaris van Staat voor de Binnenlandsche Zaken, ter wegueming van het bij sommige Ambachtsheeren bestaande erroneuse begrip, over den waren zin en meening van het Vorstelijk Besluit, nopens de Heerlijke Regten, van den 12<sup>den</sup> Mei 1814. Haec enim verba sunt: »De Secretaris van Staat »voor de Binnenlandsche zaken, in ervaring gekomen zijnde, dat het Besluit, op »den 26<sup>sten</sup> Maart dezes jaars, door Z. K. H., omtrent de Heerlijke regten geno- »men, op sommige plaatsen in dien zin wordt begrepen, als of hetzelfde reeds da- »delijk in werking gebracht ware; ja zelfs, dat reeds hier en daar de functiën van »Schout en Secretaris op den voet van gemeld Besluit wederom zijn ingevoerd, »zonder dat daartoe eenige de minste autorisatie van wege Z. K. H. is verleend,



Jam vero Toparchiae agnoscebantur ipsa Imperii Lege A<sup>i</sup> 1814 1), nec non Lege Fundamentali revisa et toti accommo- datâ Regno A<sup>i</sup> 1815, teste Art<sup>o</sup> 154<sup>o</sup> 2), qui exceperat Arti- culum 94 Legis prioris.

Nonnulli quidem eorum, quibus a Rege mandatum erat, ut huic reformandae Imperii Legis negotio incumberent (Commissie van herziening) horumque nominatim TH. DOTRENGE vocem

---

»hoedanige authorisatie nogtans, krachtens den duidelijken inhoud van art. 1, »gevorderd wordt, brengt bij deze, als daartoe door Z. K. H. gelast, ter kennisse »van allen die het aangaat, dat, vermits de uitvoering der bepalingen bij opge- »meld Besluit van 26 Maart ll., gearresteerd, tot verwarringen zoude kunnen »aanleiding geven, zoo lange niet onderscheidene verordeningen, met welker ont- »werping men thans bezig is, zullen zijn ingevoerd, de gemelde publicatie voor »als nog, alleenlijk moet beschouwd worden, als behelzonde het beginsel, waarnaar »het stuk der Heerlijke regten zal worden behandeld, maar geenszins als eene »strekking hebbende, om reeds dadelijk dat beginsel in werking te brengen, veel »min, om de functiën, waartoe de voordragt aan Z. K. H. moet geschieden, zon- »der zoodanige voordragt en daarop gevolgde goedkeuring van Hoogstdezelve, te »mogen uitoefenen.

1) »Art. 81. De besturen van HEERLIJKHEDEN, Districten en Dorpen zullen wor- »den ingerigt op zoodanigen voet, als met de bijzondere omstandigheden van elk »derzelve, met de belangen der ingezetenen en het verkregen regt der belangheb- »benden onderling bestaanbaar geoordeeld zal worden, alles in overeenstemming »met deze grondwet en volgens nadere reglementen op last van de Staten te maken, »welke dezelve, in gevalle van goedkeuring, aan de bekrachtiging van den Souve- »reinen Vorst onderwerpen. Cff. quoque Artt. 90 et 94.

2) Art. 154. »De besturen ten platten lande, hetzij van HEERLIJKHEDEN, distric- »ten of dorpen, worden ingerigt op zoodanigen voet, als met de bijzondere om- »standigheden van elk derzelven, met de belangen der Ingezetenen en het wettig »verkregen regt der belanghebbenden onderling bestaanbaar geoordeeld wordt, »alles in overeenstemming met deze Grondwet, en volgens nadere reglementen op »last der Staten te maken, welke dezelve met hunne consideratiën aan de bekrach- »tiging van den Koning onderwerpen (G. W. 67).”

Heerlykheden (*Seigneuries*) prorsus omitti cupierant; unde revera in eorum Responso (Rapport der Commissie) huius rei nulla facta erat mentio. Cum vero de voce illa servanda fere omnes unum atque idem censerent, omnino in Imperii Lege confirmata est; unde igitur Toparchiarum legitima existentia servabatur 1).

1) Cf. RÆPSAET, *Journal des séances de la Commission, qui a été chargée par le Roi en 1815, de rédiger un Projet de Constitution pour le Royaume des Pays-Bas* (*Oeuvr. Compl. VI, pag. 150 sqq.*), et TH. DOTRENGE, *Opinion sur la rédaction de trois articles de la Loi Fondamentale etc. émise en 1815 et publiée en 1817, à l'occasion d'une note insérée dans les exemplaires imprimés d'une pétition adressée ou prétendue adressée à sa Majesté*, Bruxelles, 1817. Ex Art<sup>o</sup> 154 Legis Imperii A<sup>i</sup> 1815 nempe Libellis supplicibus adiusse Regem videntur Nobiles Flandriae Orientalis, ut restituerentur Toparchiae eorumque Jura. Adnotatio illa, quam vituperavit DOTRENGE, haec erat: »L'art. 81 du Chap. 3 de la constitution hollandaise de 1814, qui fait »présentement l'art. 154, était ainsi conçu: «les administrations des seigneuries, di- »stricts et villages, seront organisées sur le pié, qui sera jugé être mutuellement »compatible avec les circonstances particulières de chacun d'eux, l'intérêt des ha- »bitans et le droit légitime des intéressés.»

»Tous les articles de ce chapitre ayant paru obscurs et compliqués, une com- »mission spéciale fut nommée pour faire une rédaction nouvelle du chapitre entier, »qui compose, en grande partie, la troisième section du chapitre 4 de la constitu- »tion actuelle. Cette commission dans son rapport, avait omis le mot *seigneurie* »dans le projet qu'elle présentait de l'art. 154. Une omission aussi frappante »provoqua des réclamations, tant des députés belges que hollandais; le rapporteur »répondit que la commission n'aurait pas omis ce mot, sans la demande d'un Belge, »membre de cette commission, qui leur avait dit que ce mot aurait fait une »mauvaise sensation en Belgique.

»Ce membre lut alors un si virulent discours contre la noblesse et la féodalité, qu'il »a manqué d'avoir des suites très-désagréables. Il fut même observé par le président »que les seigneuries étant déjà rétablies en Hollande, il y aurait eu un singulier »contraste, qu'elles existeraient dans une partie du royaume et point dans l'autre. »Le mot fut donc inséré dans l'art. 154, à l'unanimité des voix moins une. Des »députés belges proposèrent d'y énoncer aussi le mot *châtellenies*. On répondit

Jam vero Art° 154° Legis Imperii A<sup>i</sup> 1815 dicebantur Jura Toparchica *legitime acquisita* (wettig verkregen regt) 1), cum Art° 81° Legis Imperii A<sup>i</sup> 1814 tantum dictum esset de *jure acquisito* (verkregen regt); haec igitur corroborata et aucta fuisse Lege Imperii A<sup>i</sup> 1815, D'ABLAING VAN GIESSENBURG contendit contra sententiam Clarissimi THORECKE, opinantis, nulla Jura Toparchica legitime acquisita exstisise, cum ferretur Lex Imperii, Normaeque constituerentur Administrationis Ruralis; verba sunt 2): »*Heerlykheden — wettig verkregen regt der belanghebbenden*: bestonden er, bij invoering der Grondwet of der reglementen van Bestuur ten platten lande, wettig verkregene

---

»qu'elles étaient comprises sous le mot *district*. L'on discuta ensuite sur les mots »*droit légitimes des intéressés*, et l'on finit par s'accorder à les remplacer par *droits légalement acquis*. C'est ainsi que la commission rendit commun aux deux parties »du royaume le rétablissement des seigneuries." — Qua de re in Opusculo, supra memorato, se purgare quidem conatur DOTRENGE; ceterum vero longe abest, ut Toparchiarum Jurumque Toparchicorum, cum proprie tum improprie ita dictorum, propugnator appareat acutissimus ille Orator, quin etiam in ea acerbe et contumeliose invehi minime veretur. Profecto quae de illa materie in hacce nostra disputatione exposuimus, luce clarius probant, argumentationibus istis nos non cedere. Praeterea RAEPSAET (Réponse à M<sup>r</sup>. DOTRENGE, p. 51) ei hisce respondit verbis: »Déclamer, persifler et quelquefois invectiver, n'est ni réfuter ni résoudre." Cf. et RAEPSAET, *Journal*, etc. l. c.: »M. DOTRENGE lit, a cette occasion, un mémoire violent contre la féodalité et les Seigneuries, et annonce, que tel est le »voeu général des Belges.

»M. M. DE THIENNES et DE MÉRODE lui donnent un démenti formel sur ce prétendu voeu (qui est véritablement faux), ils combattent son mémoire comme ne »contenant que des diatribes banales et révolutionnaires contre des prétendus droits »barbares, tyranniques, etc."

1) RAEPSAET, *Op. laud.* pag. 151: »il a été résolu de conserver le mot *Seigneuries* en y ajoutant, sur la proposition de M. HOLVOET, *légalement établies*."

2) THORECKE, *Aanteekening op de Grondwet*, II, pag. 117, seqq.



heerlijke regeringsregten? Neen. Uit het Besluit v. 26 Maart 1814, het verbindt of verbindt niet, werd zoodanig regt niet verkregen. Al kon eene politieke bevoegdheid worden *verkregen* als een burgerlijk regt, de toekenning was bij Art. 1 ondergeschikt aan latere overweging van *plaatselijke of andere bijzondere omstandigheden*; en men kan zelfs geen door de wet toegekend burgerlijk regt *verkregen* regt, in eigenlijken zin, noemen, of het moet in werking zijn gebragt. Oefening echter der regten, die het betrof, gedoogde het Besluit niet. Politieke heerlijke regten werden eerst ingevoerd bij de reglementen van bestuur ten platten lande v. 1816, en rusten thans op dat v. 1825.”

Attamen si a Clarissimo Viro dissentire licet, me cum eo non stare, omnino profiteor; displicet sane argumentatio illa de *jure acquisito* subtilior. Contra affirmative omnino ei respondendum arbitrator, quaerenti 1), an non lex posterior, Jura Toparchicæ possessoribus adimens, primariis Nomotheticis principiis contraria dicenda foret; unde non dubito contendere, Legislatorem fines justos nuperrime quoque excessisse 2).

THORBECKE contrariam sane defendit doctrinam 3): »Eischt nu,» ita enim argumentatur, »opheffing van het tegenwoordig politisch regt der heeren hunne toestemming of althans schadevergoeding? Het schijnt niet,

1<sup>o</sup>. uit hoofde van het wezen der bevoegdheid. Als publiek regt kan het naar de hedendaagsche Staatsbeginselen niet meer

---

1) Ibid. pag. 118 in adnot. 1.

2) Cf. *huius Disput.* Part. I, §. III, et Pars III.

3) THORBECKE, *Op. laud.* pag. 118, sq.

bijzonder eigendom, noch in den handel, noch onder bescherming van Art. 162 zijn. Het kan dus bij staatsregtelijke wetgeving eenvoudig worden vernietigd.

2°. omdat de magt van het reglement v. 1825 om te geven niet grooter was, dan die van een nieuw reglement is om te ontnemen.

Voeg daarbij, dat de grondwettigheid van het reglement v. 1825, 't zij wat de wijze van oprigting, 't zij wat den inhoud aangaat, allezins kan worden betwist.

Alleen dan, zoo kon worden betoogd, dat heerlijk regeringsrecht op een wettigen, van de reglementen, door ons artikel bedoeld, onafhankelijken grond, strijdig met den aard der zaak, als burgerlijk recht ware verkregen, zou, om het tegen den wil der eigenaren weg te ruimen, verandering der Grondwet noodig zijn; daar zij gebiedt op het *wettig verkregen recht der belanghebbenden* acht te slaan. Schoon zelfs in dat geval de Grondwet vrijheid laat het wettig verkregen recht te beperken, waar het met de bijzondere omstandigheden of de belangen der ingezetenen *onbestaambaar* mogt worden geoordeeld. Eene vrijheid, met de natuur van een zelfstandig burgerlijk recht in tegenspraak."

Contra primum autem argumentum afferri possit, Jura Toparchica, etiamsi non amplius privati domini objecta neque in commercio secundum principia Juris Publici hodierna, talia autem et in commercio *antea fuisse*; unde, ut Jure Publico recte aut arctius circumscriberentur aut prorsus adimerentur, privati domini instar, tractari debuissent, secundum GROTII aliorumque Juris peritissimorum scriptorum doctrinam, quorum sententias exponere in tertia huius Disputationis Parte in animo habeo.

Quod ad secundum argumentum, objiciendum videtur, cum et *donare Jure cum Romano tum hodierno modis acquirendi domini adnumeretur, nullam legem posteriorem simpliciter adimere posse, quod priori Lege donatum sit 1).*

Denique tertio argumento a D'ABLAING VAN GIESSENBURG recte responsum esse, arbitror 2): »bij de niet geldigheid van de laatste, zoude men tot de vorige Reglementen dienen op te klimmen, en daarin zijn, ten aanzien der Heerlijke Regten, bijna geheel gelijklopende bepalingen, als in de Reglementen van 1825 opgenomen; die Reglementen zouden, dan, ingevolge art. 7 (Legis Imperii 1815) voor zooverre zij de bevoegdheid betreffen om deel te nemen aan plaatselijke besturen, kracht van Grondwet hebben gekregen.»

Praeterea quoque facultatem restringendi Jura legitime acquisita vel rationi status vel commodis civium contraria, notioni Juris Privati per se repugnare, Viro Clarissimo concedere omnino nequeo, salva damni compensatione scil. ex aequo et justo 3).

Cum igitur praeviam tantum ordinationem contineret Edictum d. 26 Martii 1814, definite hac de re cautum est, quum de constituendo et accuratius describendo Regimine Municipali

---

1) Cff. omnino quoque quae de hisce habet D'ABLAING VAN GIESSENBURG, *Op. laud.* pag. 33, sq.

2) *Op. laud.* pag. 30.

3) Cff. GROTIUS, *de Jure Belli ac Pacis*, II, 14, §. 7 et 8, ULRIC. HUBER, *Heedendaegse Rechts Geleertheit*, IV, VIII, 25 sqq., C. G. HELLO, *Du Régime Constitutionnel*, Tom. I, pag. 297, W. C. D. OLIEVIER, *Proeve over de Beperkingen van den eigendom door het Politie regt*, 1<sup>o</sup> Afd. §§. 1 et 2, et huius *Disputationis* Pars III et auctores ibi citati.



ageretur, Normis Gubernationis Ruralis 1), quibus Toparcharum Jura circa institutionem Magistratum et Ministerialium, etiamsi pro parte imminuta et restricta intra jus personarum praesentandarum, sancita sunt. Normas autem illas Provinciis singulas 2) exceptis Normis, toti fere Regno communis, ex Edicto d. 23 Julii A<sup>i</sup> 1825 3), quo tandem ad finem perductum est hoc negotium 4).

1) Constitutionum antiquiorum praecepta spectare Communitatum Administrationem universam, nullo discrimine Urbium Pagorumque (Stedelyke en Landgemeenten); nunc vero haec distinguebantur, cf. THORBECKE, *Aant. caet. Art. 130—132*, II, pag. 33.

2) *Reglement van Bestuur ten Platten lande van de Provincie Utrecht*, v. 29 Junij 1816 (Bijv. tot het Stsbl. 1816, I, p. 67, sqq.), *van de Provincie Holland*, v. 9 Oct. 1816 (Ibid. p. 191, sqq.), *van de Provincie Gelderland*, v. 1816 (Ibid. p. 227, sqq.), *van de Provincie Noord-Brabant*, v. 8 Mei 1819 (Ibid. p. 460, sqq.), cf. THORBECKE, *Op. laud.* II, p. 116.

3) *Reglement op het Bestuur ten Platten lande in de Provinciën*, 23 Julij 1825. Cf. *Legis Imperii A<sup>i</sup> 1815 Art. 154*. Recte animadvertit D'ABLAING VAN GIESSENBURG: »dat het reglement van 1825 niet heeft geschonken, maar alleen uitvoering heeft gegeven aan het bestaande regt.»

4) Antequam autem hoc Edictum ferebatur, Jura Toparchica examini submissa fuisse videntur: quod enim probant Literae (Aanschrijving), Toparchis missae, circa naturam ambitumque commodi pecuniarii Toparchii proprii. Cf. TEN ZELDAM GANSWLJK, *Op. laud.* pag. 327, sq. Literae enim sonant: »Aanschrijving aan de ambachtsheeren, nopens den aard en omvang der pecuniële voordeelen, aan de heerlijkheden verknocht. N<sup>o</sup>. 3, 's Gravenhage, den 11<sup>en</sup> September 1818. — Is gelezen eene missive van Z. Exc. den minister van binnenlandsche zaken, dd. 6 Augustus II., N<sup>o</sup>. 2197, daarbij Zijner Majesteits verlangen te kennen gevende, dat in elke provincie een opzettelijk onderzoek plaats hebbe naar den aard en omvang der pecuniële voordeelen, aan het bezit der onderscheidene heerlijkheden verknocht, en naar den min of meer oncreusen titel, waarop dezelve zijn verkregen, voor zoo verre namelijk die voordeelen met de administratie van de gemeenten in onmiddelijk verband staan.

Quod vero obicitur, huic Normae, quippe Legi Fundamentali contrariae, vim et auctoritatem (Grondwettigheid) omnino esse denegandam 1), huic reprehensioni, recte reposuit D'ABLAING VAN GIESSENBURG, objectionem illam nequaquam obstare, quin recte et ex lege vigeant Jura ea, de quibus sermo: nam, ita enim argumentatur Auctor 2), quae cetera jam supra afferre memini, Norma illa generali vi et auctoritate carente, ad priores ordinationes adscendas, necesse est. Jam vero in his, quod ad Jura Toparchica, eadem fere constituta reperies, quae Normae ex Art<sup>o</sup> 7<sup>o</sup> Legis Imperii A<sup>i</sup> 1815 3), quatenus spectarint administrationem pagorum, vigorem instar Legis Fundamentalibus nactae essent. At vero

---

»Waarop gedelibereerd zijnde, is goedgevonden en verstaan: de ambachtsheeren »der onderscheidene heerlijkheden binnen deze provincie aan te schrijven, om, »binnen den kortstmogelijken tijd, op zoodanige wijze als zij, ter spoedige en naauw- »keurige bereiking van voorschreven Zijner Majesteits bedoeling, het meest geschikt »zullen oordeelen, deze vergadering in staat te stellen, behoorlijk aan het oogmerk »van Z. M. te kunnen voldoen.

»Wordende gemelde ambachtsheeren bij deze wel expresselijk uitgenoodigd zorg »te dragen, dat de benoodigde opgaven en inlichtingen uiterlijk binnen vier weken, »nadat deze aanschrijving tot derzelve kennis zal zijn gekomen, aan deze verga- »dering worden ingezonden.

»En zal een gedrukt exemplaar dezer dispositie worden gezonden aan de ambachts- »heeren voornoemd, respectievelijk tot informatie en narigt, zonder resumtie.

»Voor extract conform,

»De Griffier der Staten van Holland,

»(get.) J. VAN DER SLEYDEN.”

1) Cf. THORBECKE, *Aant. op de Grondwet*, II, pag. 119.

2) *Op. laud.* pag. 30.

3) »Art. 7. De Beschikkingen dezer Reglementen, het regt en de bevoegdheid »in het vorig art. gemeld, betreffende, zoo als deze op het einde van het tiende »jaar na de afkondiging dezer Grondwet in werking zijn, zullen beschouwd worden »een deel van deze Grondwet uit te maken.”



Normae illius posterioris vis adeo non in dubium vocata est, quin continuo plene viguerit. Ibi autem statutum est, cum de praesentatione Sculteti et Assessorum, nec non eorum, qui sunt ab actis et secretis, tum de institutione Ministerialium minorum in Toparchiis; qua igitur Norma confirmata sunt Jura illa 1).

1) Etenim statuebant de praesentatione Praetoris (Burgemeester) et Assessorum (Leden van het Gemeente-bestuur) in Toparchiis, Artt. sequentes:

»Art. 11. De burgemeesters worden benoemd door den Koning, en zijn, ten gevolge daarvan, per sé, ook lid van den gemeenteraad, cact.

»Voor zoo verre de gemeenten betreft, welke heerlijkheden zijn, geschiedt de benoeming van den burgemeester op de voordragt van een persoon, door den eigenaar van het heerlijk regt te doen, en wat aangaat de leden van den gemeenteraad in die plaatsen, geschiedt almede derzelver benoeming op de voordragt van gezegden eigenaar, doch welke voordragt een dubbeltal voor iedere openstaande plaats zal moeten bevatten.

»Art. 12. Tot de benoeming der burgemeesters, en van de leden van den gemeenteraad, op de tijdstippen van gewone periodieke aftreding, bij art. 17 te vermelden, zal echter geene voordragt van den eigenaar van het heerlijk regt te pas komen, dan voor zoo verre de in dienst zijnde persoon niet bij vernieuwing mogt worden benoemd; zulks zal, ter gelegenheid der eerste benoemingen, bij de invoering van dit reglement te doen, ook niet anders het geval zijn.

»Art. 13. Voor zooverre de heeren gerechtigd mogten zijn, om voor het regt van voordragt eenige recognitie te heffen, zal zulks niet te boven gaan tien ten honderd van het bedrag der vaste bezoldiging, aan de bediening verbonden, en gelijke tien ten honderd van den opbrengst of waarschijnlijksten opbrengst der emolumenten, die er in de betrekking, volgens dit reglement, of eenige stellige latere bepaling, bevoegdelyk zouden kunnen genoten worden; en zullen ook de heeren of eigenaren zich zelve niet tot de bediening kunnen voordragen.

»Art. 14. De eigenaren van het heerlijk regt, in het geval van het openvallen van burgemeesters-plaatsen, en van plaatsen van leden van den gemeente-raad, zullen zoo spoedig mogelijk, immers uiterlijk binnen den tijd van twee maanden, te rekenen van den dag der plaats gehad hebbende vacature, verpligt zijn hunne voordragten bij den Koning en de Staten respectively in te dienen, bij foute waarvan in de vervulling onmiddelyk zal worden voorzien.



Verumeninvero hanc clausulam continebat Art<sup>us</sup> 125: »De bevoegdheid tot voordragt, of benoeming, aan de eigenaars van

»En indien er omtrent de voorgedragene personen bijzondere bedenkingen mogten bestaan, zal de Koning deswege naar bevind van zaken beslissen.

»Art. 15. Binnen de gemeenten, alwaar het heerlijk regt door koop, of anderzins, in het bezit der gemeente mogt zijn overgegaan, zal de bevoegdheid tot voordragt worden uitgeoefend door den gemeente-raad, die echter ook daaromtrent zal in acht nemen hetgeen bij art. 41 zal worden voorgeschreven.

»Art. 16. Voor zooveel betreft gemeenten, zamengesteld uit meer dan eene heerlijkheid, of uit plaatsen, waarvan eene of meer tot de heerlijkheden mogten behooren, zal de bevoegdheid tot voordragt bij evenredige beurten worden uitgeoefend, naar gelang van den maatstaf, en den rooster, daaromtrent door de Staten der provincie, volgens de meestmogelijke billijkheid, eens vooral vast te stellen.

»Art. 19, *Alin.* 5. Voor zoo veel de gemeenten aangaat, welke heerlijkheden zijn, zullen de burgemeesters nog daarenboven onder eede verklaren:

» »Dat zij, om tot de voordragt of benoeming van hun persoon te geraken, geene »uitkeering, recognitie of genot, gifte of gave onder welke benaming ook, aan, »of ten behoeve van den eigenaar van het heerlijk regt, directelijk, of indirecte- »lijk, hebben beloofd, of gegeven, of hebben doen beloven of geven, noch verder »ook ten gevolge van hunne plaats gehad hebbende benoeming beloven of geven, »doen beloven of geven zullen, te bovengaande tien ten honderd van het bedrag »der vaste bezoldiging, aan hunne bediening verbonden, en gelijke tien ten hon- »derd van den opbrengst, of den door hen voor waarschijnlijk gehouden wor- »dende opbrengst der emolumenten, welke er volgens het reglement op het »plattelands bestuur, of eenige stellige latere bepaling, bevoegdelyk in hunne »bediening mogten kunnen genoten worden.”

De institutie Ministerialium minorum statuebat Art. 48: »Van alle vacatures »wegens kleine gemeente-bedieningen, waarvan bevorens de benoeming door de »heeren of eigenaren van het heerlijk regt plaats had, en omtrent welker begeving »bij dit reglement geene andere bepalingen zijn gemaakt, zal kennis moeten wor- »den gegeven aan den heer of eigenaar, ten einde door hem in de vervulling van »zoodanige vacatures, binnen twee maanden, worde voorzien, voorbehoudens echter »'s Konings bevoegdheid om, in geval van klacht of verschil, daaromtrent zoodanig »te beschikken, als door Hoogstdenzelfen bevonden zal worden te behooren.

»Onder de hiervoren gemelde kleine gemeente-bedieningen worden niet begrepen

het heerlijk regt in de plaatsen, die heerlijkheden zijn, bij dit reglement toegekend, zal door hen niet anders uitgeoefend worden, dan voor zoo verre de eigenaars van het heerlijk regt aldaar ook te voren tot die voordragt, of benoeming gereg- tigd waren, en de Koning niet volgens het besluit van 26 Maart 1814 N<sup>o</sup>. 20, om plaatselijke, of andere bijzondere om- standigheden, mogt raadzaam achten om de benoemingen zon- der zoodanige voordragt, of op eene andere wijze te doen of te laten doen.”

---

»zoodanige, aan de belasting van patent onderworpen, beroepen of bedrijven, als »van veer- en beurtschippers of diergelijke, waartoe, uit hoofde van bestaande »verordeningen van policie, eene admisse van het plaatselijk of ander bestuur »wordt vereischt.”

Cf. tamen Edictum d. 4 Julii 1827 de applicatione huius Articuli, quo excipie- bantur nautae aliique, quorum negotium (bedrijf, nering) litteras patentis (octrooi) requireret.

De praesentatione eorum, qui sunt ab actis et secretis, et quaestorum statuebant Artt. 118, 119 et 120.

»Art. 118. In plaatsen, welke heerlijkheden zijn, zal de benoeming tot de Se- »cretaris- en Ontvangers-posten, respectivelijk geschieden op voordragt van een »persoon, door den eigenaar van het heerlijk regt te doen, welke eigenaar ook in »deze opzigten aan het voorschrevene bij de Art. 13 en 14 zal onderworpen zijn, »zullende voorts almede, waar zulks te pas mogt komen, het bepaalde bij de arti- »kelen 15 en 16 ten deze worden in acht genomen.

»Art. 119. De Secretarissen en ontvangers, in de heerlijkheden benoemd, zullen »alvorens in bediening te treden, boven en behalve de eedsaflegging, bij art. 107 »en 116 respectivelijk in het algemeen voorgeschreven, in het bijzonder nog gelijke »verklaring onder eede afleggen, als hiervoren bij art. 19, ten opzigte der burge- »meesters in heerlijkheden is bepaald.

»Art. 120. De eerste benoemingen tot de Secretaris- en ontvangers-posten zullen »onmiddelijk geschieden zonder voorafgaande voordragten, met uitzondering van »gemeenten, die heerlijkheden zijn, onder in het ooghouding echter, ook in deze, »van het bepaalde bij het laatste gedeelte van art. 12.”

Ab illis autem diversa occurrunt statuta Brabantiae Septentrionali propria, ubi, ut in huius Commentationis Prima Parte jam monuimus, pro ademptis juribus damni compensatio Toparchis concessa est et certa pecuniae summa soluta 1).

1) »Art. 118. De eigenaren der heerlijkheden en erf-secretariën, zullen het genot hebben van alle zoodanige regten en prerogatieven, als aan hen zijn, of bij vervolg van tijd zouden kunnen worden toegekend of teruggegeven, uitgezonderd alleen de voordragt of benoeming van eenige administratieve plaatselijke ambtenaren; doch zullen zij voor het gemis daarvan, worden schadeloos gesteld, op de wijze, in de volgende artikelen bepaald.

»Art. 119. De eigenaren der heerlijkheden en erf-secretariën zullen eene jaarlijksche uitkeering genieten van twintig percent van de tractementen, welke, door de burgemeesters en secretarissen in erf-secretariën respectievelijk zullen worden »genoten.

»Art. 120. Van zoodanige emolumenten, welke bij de definitive daarstelling van de organisatie der regterlijke magt aan de burgemeesters en secretarissen zouden kunnen toekomen, uit hoofde van de attributen, welke hun bij dezelve organisatie mogten worden toegekend, zullen de eigenaren der heerlijkheden en erf-secretariën daarenboven een soortgelijk gedeelte genieten, of zoo veel meerder of minder als door de staten, onder goedkeuring van den Koning, zal worden bepaald.

»Art. 121. Tot vinding van de fondsen, waaruit de schadeloosstelling, over de vaste tractementen der burgemeesters en secretarissen berekend, zal gekweten worden, zullen de gemeente-besturen ten platten lande acht percent storten van het bedrag der administratie-kosten, berekend tegen 25 Cents van ieder ziel, indien er meer dan 25 Cents van iedere ziel moet worden omgeslagen, zal van dit meerdere echter voorloopig niets in de kas van schadeloosstelling gestort worden.

»Art. 122. De ontvangers der respectieve gemeenten zullen gequalificeerd en »gehouden zijn, om deze acht percent van de administratie-kosten, zoo ras de »begrooting der gemeente zal zijn gearresteerd, dadelijk over te maken aan den »ambtenaar, welke met de administratie der kas van schadeloosstelling is of zal »worden belast.

»Art. 123. De burgemeesters, secretarissen, ontvangers en andere administratieve »plaatselijke ambtenaren ten platten lande, zullen jaarlijks acht percent van hun »vast tractement uitkeeren, waaruit de gemeente-besturen zullen worden schadeloos



Legis Imperii auctoritas, quam adepta erant 1) statuta illa de praesentatione et institutione Ambactorum Ministerialium-que in Toparchiis, e Lege Fundamentali A<sup>i</sup> 1840 2) cessare debebat 3), qua scilicet de hoc negotio statuendo potestas futuro permissa est Legislatori.

Exinde nonnulla ordine deinceps Ordinibus Generalibus proposita inveniuntur legis specimina, quorum unum quidem, d. 24 Octobris 1844 videlicet, prorsus silebat de juribus, de quibus sermo, idque quidem eo consilio, ut, quae eo usque vigerant hac de re Constitutiones, tacente lege, abrogatae censentur 4). Quae autem specimina continuo improbata sunt, unde res in eodem statu mansit usque ad A<sup>um</sup> 1848: nunc enim, pro parte saltem, jus istud jacet Toparcharum,

» . . . . . qualis conjecta cerva sagittâ

»Quam procul incautam nemora inter Cresia fixit

---

»gesteld voor de in art. 121 vermelde voorschotten; het overschot zal in de kas »der schadevergoeding gestort worden.

»Art. 124. Bijaldien de ondervinding mogt aantoonen, dat de uitkeering, in het »voorgaande artikel vermeld, te hoog of te laag was, zullen de Staten bevoegd zijn »dezelve naar bevind te verminderen of te vermeerderen, edoch, in het laatste geval, »niet anders dan onder goedkeuring van den Koning.

»Art. 125. De wijze en tijd van betaling der schadeloosstelling aan de eigenaren »der heerlijkheden en erf-secretariën, zal bij een reglement, door de Staten, onder »goedkeuring van den Koning te maken, bepaald worden.

»Art. 126. Aan het domein zal, voor zoo verre hetzelfde eigenaar van heerlijkheden »of erf-secretariën is, geene schadeloosstelling behoeven te worden verstrekt."

1) Cf. Legis Imperii Art. 7.

2) Cf. Art. 6.

3) Qua de re cf. D'ABLAING VAN GIESSENBURG, *Op. laud.* pag. 31.

4) Vid. *Memorie van Toelichting*, cf. et D'ABLAING VAN GIESSENBURG, *Op. laud.* pag. 33.

»Pastor agens telis, liquitque volatile ferrum  
»CONsciUS.  
» . . . . . haeret lateri letalis arundo 1).”

Quod attinet ad sociorum praesentationem, qui in Hydrarchiis et Praefecturis aggerum sedeant, Toparcharum jus agnovit et sancivit Edictum d. 29 Martii 1822 2). Collegiis iis adempta quidem est Jurisdictio, qua eo usque gavisae erant, Lege d. 9 Octobris 1841 3); cum vero haecce longe diversa esset ab illa Jurisdictione, quae olim Toparchis competiverat, ut supra probare conati sumus, praesentandi vel instituendi jus illud ne

1) VIRGILII, *Aeneidos*, Lib. IV, vs. 69 sqq.

2) *Staatsblad* N<sup>o</sup>. 7, Besluit, houdende bepalingen omtrent de wijze van benoeming der Dijk- en Polderbesturen: sic enim habent Art. 4, 5 et 6:

»Art. 4. Voor zoo ver nogtans de reglementen, octroijen of bestaande gebruiken aan de ingelanden, stemgerechtigden of de geëmmiteerden van dezelve, of ook aan eenige steden of bezitters van ambachts-heerlijkheden, de bevoegdheid geven, om een of meer personen tot het bekleeden van voornoemde posten te benoemen of voor te dragen, wordt het doen der voordragt aan dezelve gelaten, welke voordragt door hen aan de Gedeputeerde Staten der provincie zal worden gedaan, die dezelve met hunne consideratiën, aan voorz. Onzen Minister zullen toezenden.

Art. 5. Dezelfde wijze van benoeming zal worden in acht genomen ten aanzien der leden van de kollegiën van hoofd-ingelanden, ambachts-besturen of commissarissen uit de geïnteresseerden, in zoover dezelve volgens bestaande reglementen door den Souverein, de Stadhouders in der tijd, de voormalige provinciale hoven, of eenige andere publieke autoriteiten plagten benoemd te worden.

»Art. 6. De benoeming en aanstelling der leden van alle overige dijk- en polderbesturen, mitsgaders van alle secretarissen, penningmeesters en andere ambtenaren van dezen aard, niet in art. 1 genoemd, zal blijven geschieden overeenkomstig de bepalingen, welke daarentrent in de respectieve reglementen dier besturen vervat zijn, of vervolgens mogten worden vastgesteld.”

3) *Staatsblad*, N<sup>o</sup>. 42.

minime quidem imminutum habendum est illa Lege. Legislatorem autem A<sup>i</sup> 1848 saepius laudato Articulo 4<sup>to</sup> hoc jus, nullo jure Toparchicum dictum, cum aliis extinguere cupivisse, supra etiam vidimus.



§. XVI.

**„Kunnen door de wet  
worden vastgesteld.”**

Manifestum est, Legem Imperii liberae facultati Legislatoris futuri prorsus reliquisse extinctionem jurum eorum, quae a linea 2<sup>a</sup> respicit. De quorum extinguendorum necessitate magis minusve incerti fuisse Imperii Legis auctores apparent; alioquin aut praecepissent illorum interitum, aut, quod in illis, quae prior a linea spectat, obtinuerat, propria auctoritate ea ipsi sustulissent, damni compensatione vel concessa vel recusata.

Sed non sola extinctio, verum damni compensatio quoque facultativa videtur: hanc enim aut concedere aut recusare Legislatori futuro omnino licet: quod nempe efficitur e voce *kunnen*. Consequens est, Legislatori liberum esse, extinctionem istam aut decernere aut non decernere, ut et ab illius arbitrio pendet, utrum res maneant in statu quo longius breviusve quin etiam in sempiternum; decernentis autem videre erit, utrum damni compensationem concedat, an recuset.

Huiusce quadrifariae facultatis effectus hic est, jura, de quibus sermo, in manu Possessorum vel ne minima amplius securitate gaudere, i. e. domini sanctitas nostri articuli a lineam 2<sup>a</sup> omnino violata est; quo solo rei pretium valde diminutum est.

Incertam istam extinctionem jam mittimus: non enim ibi incommodum; verum damni compensationis aut concedendae aut denegandae arbitrio res claudicat.

Alineam 1<sup>a</sup> de nulla sane damni compensatione sermo est. In-

terea, quamvis non addicta, [quod ipse Minister affirmavit 1)], plane tamen recusata non est; contra, alineâ 2<sup>a</sup> de damni compensatione omnino quidem agitur; sed, etiamsi non denegata, tamen non promissa est; puta idem esse dictum hîc verbis, illic silentio. Profecto, si multi *spectra* viderint 2) propter silentium de damni compensatione alineâ 1<sup>a</sup>, nolim, evadat *factum morgantum* damni restitutionis mentio illa facta alineâ 2<sup>a</sup>; nolim, o Toparchas, ista mentione confidentes, manu appetere laudatam damni restitutionem qualemqualem cum vobis animus sit, puerorum instar, qui umbras, magica arte in parietem productas, tangere cupiunt, tangatis puerorum instar, — nihil! Quod ubi eveniat, manebit, nisi omnia nos fallunt, defensio, *Toparchica* perperam multa vocari solere, quae *Toparchica* non sint; quam quaestionem dirimat Judex, qui vos proteget adversus vim Legislatoris, forte si locum habuerit.

*Forte si locum habuerit*: ponere enim nec decet nec lubet, Legislatorem arbitrio illo, Lege Fundamentali ipsi concesso, absurdum esse in bene acquisite Jurum detrimentum.

Missis verbis, quibus Legislator locutus est, dubitari potest, an compensationis denegandae facultatem circa jura, de quibus alineâ 2<sup>a</sup> sermo, revera meditata sit Lex Imperii et voluerit. Profecto et nostrum Articulum, caeterum quem dubiis copiose ansam praebentem jam supra ostendimus, *Cacographiae* exemplum 3) existimare potius lubet et dicere, Legislatorem com-

---

1) Cf. verba Ministri in consessu d. 24 Aug.

2) Cf. verba Ministri ibid.

3) Cf. J. PAN, *Aanmerkingen op de taal en stijl der ontwerpen van wet tot herziening der Grondwet*, Amst. 1848, in Praefatione, »Over onze Grondwet, als model voor

pensationis denegandae facultatem hic ut in 1<sup>a</sup> alinea tribuere noluisse.

Ipsam extinctionem imperative non esse decretam, verum Legislatoris futuri voluntati esse relictam, probare quidem possumus; improbamus vero damni restitutionem non imperative esse decretam, regulae, eadem Lege Fundamentali alio loco expressae, consentaneam 1).

Summa est, nos scripturae legis, quae praevaluit, hanc vel similem praeferre: »De vernietiging of onteigening der overige »Heerlijke regten, tegen voorafgaande schadeloosstelling der »Eigenaren, kan door de Wet worden vastgesteld,» caet.

*kakographie,*» caet. — Cf. quoque VAN LENNEP, *Proeve van Verduitsching*, in Praef. Mirum autem videatur, viros illos doctissimos et de litteris Neerlandicis bene meritos, nihil de nostro Articulo in medium protulisse.

1) Art. 147. »Niemand kan van zijn eigendom worden ontzet, dan ten algemeenen nutte, en tegen voorafgaande schadeloosstelling.»



§. XVII.

„*Geregeld.*”

»Non magni quid profecto ad normam exigendum erit, illâ, »quam tu defendere conatus es, teoriâ agnitâ atque receptâ,” hic vel ille forsân mihi objiciet. Non nego; — fieri tamen potest, quin etiam verisimiliter obtinebit (mea enim scriptio aliquid ut valeat in publicam opinionem, optem quidem, at vero sperare me non decet, ne arrogans videar) plurima, vel omnia fere jura, Toparchica quae nos negamus, nihilominus Toparchica habitum iri saltem a Legislatore. Quod si obtineat, revera magni quid omnino ordinandum erit.

Damni compensatio illa sine dubio multifariis modis componi potest; sic v. c. jura nonnulla, e quibus redditus aut tempore, aut pretio, sive certis sive incertis, cum pecunia, tum naturalibus praestari solent, mutare licet in perpetuos pecuniae redditus; quod tamen si fiat, animadvertendum est, primitiva jura proprie non exstingui, verum potius temperari.

Sic quoque aliorum jurum redemptio concedi, aliorum imperari quidem poterit.

Redemptionis pretium denique aut solvere licebit e pecuniis, eum in finem collatis, aut decernetur pretium cuius solvendum esse debitori pro se, caet. Quod uberius tractare, quamquam a meo consilio non adeo alienum, hîc omitto; sed mox, laudaturo etiam quid hac de re in aliis regionibus, maxime Germania, nuperrime statutum sit, mihi omnino propositum habeo, quum hanc meam Dissertationem Academicam, ut fert

animus, lingua edidero vernacula 1). Hic sufficiat animadvertisse, quamvis damni compensationis vel redemptionis pretium definire in quolibet casu singulari difficile esse non possit, modo res tractetur, ut fieri solet in fundis viarum exstruendarum aliusve utilitatis publicae caussa Civitati cedendis, re, surgente difficultate, sententiae Judicis relicta, contra, certas constituere ejusmodi compensationis vel redemptionis regulas generales parturum esse difficultates, saltem si Justitia ei compositioni praeses futura sit, primo quam suspicere obtutu.

---

1) Gravissimas de Juribus dictis Toparchicis sententias continere, mihi videtur Gallicum Opus Consultissimi CHAMPIONNIÈRE, cui titulus: *De la propriété des eaux courantes, du droit des riverains, et de la valeur actuelle des concessions Féodales; Ouvrage contenant l'exposé complet des institutions Seigneuriales et le principe de toutes les solutions de droit, qui se rattachent aux lois abolitives de la Féodalité.* Paris 1846. — Serius in manus mihi venit hoc opus, quam ut eo uti potuerim; in nova vero elaboratione ejusdem hujus materiae, si ejus detur opportunitas, ex eo fructum capere certe non negligam. Inspicienti enim librum persuasio mihi nata est, non uni contemplationi locum dare Jura Toparchica, quae dicuntur, prout ab antiquo vigerint in regionibus diversis, ac valuerit ibi vel regula illa: NULLE TERRE SANS SEIGNEUR, vel altera: NUL SEIGNEUR SANS TITRE. — Posteriorem unice fere valuisse regulam apud nos, me supra contendere memini.

**PARS TERTIA.**



PLATE III.

## **PARS TERTIA.**

DE LEGISLATORIA POTESTATE JURE NATURALI CIRCUMSCRIPTA ET DE DAMNI  
COMPENSATIONE PRO JURIBUS, TOPARCHICIS DICTIS, EXSTINGUENDIS  
NECESSARIA, EX JUSTITIAE PRAECEPTIS DEDUCTA.

»De deux choses l'une: ou le Législateur s'attribue la toute-  
»puissance sociale, ou il ne se croit qu'une puissance subor-  
»donnée;” haec Viri gravissimi HELLO 1) verba libenter mea  
facio, dicturus de Legislatoris potestate. Potestas nempe illa  
utrum infinita est, an vero certis continetur terminis?

Eam infinitam aut facto esse aut esse oportere, nemo quidem  
tute affirmaverit, ne maximas ineptias defendat necesse sit: nam  
et Civitatis et omnium, qui in ea degunt, vita ac fortunae nude  
penderent a paucorum quorundam arbitrio, qui forte ad leges  
ferendas vocentur; quam ob rem argumentatione philosopha  
sane non opus erit, ut recte concludamus, Legislatoris aucto-  
ritatem nullis limitibus circumscriptam esse non decere; nec  
difficile erit intellectu, cui ipse Legislator obnoxius habendus  
sit; non enim Juri Civili nec etiam Juri Publico: etenim haec  
*vel antiquis vel novis superstructa fundamentis, vel partim vel*  
*penitus emendare ac reformare utique ad eius munus pertine-*

1) *Du Régime constitutionnel*, caet. Tom. I, pag. 1. Ed. 3<sup>e</sup>.

bit; verum in censum venit Jus Naturae. Ita jam BOEHMER 1): »Cum itaque illi ipsi,” inquit, »qui pro illimitata potestate pugnant, concedere necessum habeant, imperantem ligari *lege naturali*, necessario quoque concedere debent, potestatem eius esse conclusam intra terminos *Juris Naturalis*, adeoque omnia agere non posse, quae Juri naturali repugnant.” Illud concedit ipse HOBBS 2), quod officium eorum sit, legi Naturae obedire. Pergit vero idem: »aliud est *Jus Imperantis*, aliud *officium eius*; illud, quid facere possit, hoc, quid debeat, ostendit.” Ad quod BOEHMER: »In eo tamen remanet cardo controversiae, utrum potestas imperantis in doctrina de jure publico sit attemperanda magis ad officium eius, h. e. obligationem, an vero absque obligatione consideranda? Prius utique asserendum: cum enim maneat adhuc vinculum humanitatis inter subditos et Imperantem, potestas eius magis consideranda erit secundum obligationem *juris naturae*.”

Quamvis a nonnullis illius Juris existentia in dubium vocetur, negari tamen non potest, nuncupes quidem quomodo velis, receptas esse easdem fere notiones magis minusve excultas ab omnibus gentibus circa tale Jus, maxime innitens immutabilibus atque aeternis Justitiae aequitatisque principiis, homini innatis. Quale jus jam Jure Romano agnoscebatur; modo audiamus PAULUM Ictum dicentem 3): »*Jus plurimis modis dicitur. Uno modo, cum id, quod semper aequum ac bonum est, Jus*

1) *Introductio in Jus Publicum Universale*, caet. Part. spec. Lib. I, cap. V, de *limitibus summae in Republica potestatis*. § XX.

2) *De Cive*, Cap. 13, §. 2.

3) L. 11 D. de *Justitia et Jure*.



dicitur: *ut est Jus Naturale.*” Ita quoque GROTIUS noster 1): »Est et tertia Juris significatio, quae idem valet quod lex, quoties vox legis largissime sumitur, ut sit regula actuum moralium obligans ad id quod rectum est.... Diximus autem ad rectum obligans, non simpliciter ad justum, quia jus hac notione non ad solius justitiae, sed et aliarum virtutum materiam pertinet.” Sed et dudum dixerat CICERO 2): »Hanc igitur video sapientissimorum fuisse sententiam, legem neque hominum ingenii excogitatum, nec scitum aliquod esse populorum, sed aeternum quiddam, quod universum mundum regeret, imperandi prohibendique sapientia. Ita principem legem illam et ultimam, mentem esse dicebant, omnia ratione aut cogentis aut vetantis dei: ex qua illa lex, quam dii humano generi dederunt, recte est laudata. Est enim ratio mensque sapientis, ad jubendum, et ad deterrendum idonea,” caet.

Nec aliter recentiores: eleganter MEYER 3): »Il n'est aucune législation existante, qui ne repose sur les bases immuables du droit naturel; il n'en est, il n'en peut être aucune qui ne rende hommage à des principes d'équité et de justice qu'il est impossible de méconnaître; la foi due à la parole donnée et aux engagements contractés, les droits du propriétaire sur ses biens, du père sur ses enfans, de l'enfant sur ses parens, des époux entr'eux, bien qu'on puisse différer sur leur étendue et les diverses modifications dont ils peuvent être susceptibles, sont reconnus dans toutes les sociétés, et par les lois de tous les tems et de tous les pais,” caet.

---

1) *De Jure Belli ac Pacis*, I, Cap. I, §. 9.

2) *De Legibus*, II, 4.

3) *De la Codification en général et de celle de l'Angleterre en particulier*, caet. pag. 225 sq.

(Denique BAUER 1): »Die Behauptung, dass *alles Recht positiv* sey, widerspricht sich selbst, da sie ein *Recht* der Gesetzgebung vor allem Rechte annehmen, und alles Positive, bloß weil es besteht, für das Rechte halten muss. Wenn Andere annehmen, dass erst der *Staat dem Rechte das Daseyn gebe*, so verwechseln sie die *Existenz* des Rechtsgesetzes mit der *Handhabung* desselben. Auch ohne den Staat besteht das Recht uns bleibt nicht ohne Verwirklichung, z. B. auch zwischen Völkern, welche doch unter einander keinen Staat bilden.“ Quae jam sufficient 2).

Jam vero quibusnam finibus contineatur Legislatoris potestas ex *Jure naturae*, breviter investigare lubet, prout materiei meae conveniat, quod ad reverentiam scil. juris dominii et pactorum, a Civitate initorum.

Ad *Jus Naturae*, sive originarium et absolutum sive hypotheticum illud dicas, pertinet *Jus dominii* sive *proprietas*, quod a tantum non omnibus receptum est scriptoribus. De proprietatis exordio et progressu lectu dignissimus sane est GROTIUS noster opere *de Jure Belli ac Pacis*, Lib. II. Cap. 2, §. 2. — Eleganter quoque dixit Nob. J. M. KEMPER 3). »Het eerste regt van de natuur is dat van zelfverdediging, het tweede dat van EIGENDOM.“ Acute nec minus eloquenter, ut solet, hanc rem tractavit THIERS 4). Pauca tantum haec citare liceat: »Chez

---

1) Die *Warnungstheorie*, nebst einer Darstellung und Beurtheilung aller *Strafrechtstheorien*, pag. 3 in adnot.

2) Cf. quoque CRAS, *Orat. de dicto CICERONIS: non opinione, sed naturâ jus constitutum esse*; J. M. KEMPER, *Orat. de Jure Nat. immut. et aeterno*, caet.

3) Cf. J. DE BOSCH KEMPER, *Verhandelingen, Redevoeringen en Staatkundige geschriften van J. JOAN MELCHIOR KEMPER*, III, pag. 270.

4) *Du droit de Propriété*, Liv. I, Chap. III.

tous les peuples, quelques grossiers qu'ils soient, on trouve donc la propriété, comme un fait d'abord, et puis comme une idée, idée plus ou moins claire suivant le degré de civilisation, auquel ils sont parvenus, mais toujours invariablement arrêtée," caet. Et alibi: »Partons donc de ce principe que la propriété, comme tout ce qui est de l'homme, deviendra droit, droit bien démontré, si l'observation de la société révèle le besoin de cette institution, sa convenance, son utilité, sa nécessité, si, enfin, je prouve qu'elle est aussi indispensable à l'existence de l'homme que la liberté elle-même. Parvenu à ce point, je pourrai dire: La propriété est un droit, aussi légitimement que je dis: La liberté est un droit." Denique: »La propriété résultant d'un premier effet de l'instinct, devient une convention sociale," caet.

Gravis quoque dicenda est argumentatio Doctissimi TROPLONG, de eadem materie dicentis in Opusculo: *De la propriété d'après le Code Civil* 1), non nisi tamen Capitis III exordium citare audemus, ne in citando nimii videamur: »Rien n'est plus simple," nempe ait, »que la théorie du droit de propriété, vue d'après le droit naturel et l'examen philosophique." Caeterum legatur ipse tractatus, nec taedium afferet lectio.

Quam ob rationem ex Jure Naturae profluens Jus Dominii jure et universali et singulari populorum quoque confirmatum est ac sancitum. Missis aliarum gentium legibus, Leges Imperii Batavae ordine deinceps omnes Juris dominii sanctitatem agnoverunt. Sic Constitutio illa, saepius memorata, A<sup>i</sup> 1798 haec habet (*Algemeene Beginselen*, Art<sup>o</sup>. 1<sup>o</sup>): »Het oog-

(1 *Petits Traités*, publiés par l'Académie des Sciences Morales et Politiques, Paris 1848.



merk der Maatschappelijke vereeniging is bescherming van persoon, leven, eer en goederen," caet. — et (Art°. 40°): »Niemand kan van het geringste gedeelte van zijn Eigendom, buiten zijne toestemming worden beroofd, dan alleen, wanneer de openbare noodzakelijkheid, door de Vertegenwoordigende Magt erkend, zulks vordert, EN ALLEENLIJK OP VOORWAARDE EENER BILLIJKE SCHAËVERGOEDING."

Haec vero habet Lex Imperii A<sup>i</sup> 1801, Art°. 5°: »Ieder ingezeten wordt gehandhaafd bij de vreedzame bezitting en het genot zijner eigendommen. Niemand kan van eenig gedeelte derzelve worden ontzet, dan wanneer het algemeen welzijn zulks volstrekt vordert, en in zoodanig geval niet anders dan tegen eene billijke schadevergoeding." — Sequuntur Articuli, plus semel citati, 15 et 16, quorum priore statutum est, omnes leges dispositionesque, inde ab A° 1795 latas datasque, quae derogavissent dominiorum possessionumve legitime acquisitarum aestimationi vel pretio, revisioni obnoxias esse. Verum maxime conspicua verba sunt alterius Articuli, quo caeterum abrogatum est Feudale Regimen: »*De Wet zorgt voor de schade-loosstelling der Leenheeren.*"

Habet deinde Constitutio A<sup>i</sup> 1805, Art°. 8°: »Alle algemeene Wetten en bepalingen, welke sedert den jare 1795 hebben gederogeerd aan de pecuniële waarde van Eigendommen of wettig verkregene Bezittingen, zijn aan herziening onderworpen. Ieder, die door dezelve Wetten is benadeeld geworden, kan zich deswegens aan den Wetgever vervoegen, die, naar bevind van zaken en op de meest billijke wijze, op de bovengemelde verzoeken zal disponeren;" — et Art°. 9° »... De Wet zorgt voor de billijke en *regtmatige* schade-loosstelling der

Grond-eigenaren, welke door deze (van het Leenregt) afschaffing blijkbaar zijn benadeeld geworden."

Nec non Lex Fundamentalis A<sup>i</sup> 1815, Art<sup>o</sup>. 4<sup>o</sup>: »Allen die zich op het grondgebied van het Rijk bevinden, hetzij ingezetenen of vreemdelingen hebben gelijke aanspraak op bescherming van persoon en *goederen*;" — et Art<sup>o</sup>. 164<sup>o</sup>: »Ieder ingezetene wordt gehandhaafd bij het vreedzaam bezit en genot zijner eigendommen. Niemand kan van eenig gedeelte derzelve worden ontzet, dan ten algemeenen nutte in de gevallen en op de wijze bij de Wet te bepalen, en tegen behoorlijke schadeloosstelling."

Denique vero Lex nostra Imperii, nuper lata, Art<sup>o</sup> 147<sup>o</sup> dominii sanctitatem hisce verbis agnoscit: »Niemand kan van zijn eigendom worden ontzet, dan ten algemeenen nutte en tegen vooraangaande schadeloosstelling. De Wet verklaart vooraf, dat het algemeen nut de onteigening vordert."

Profecto! Quid significaret dominium, quid proprietas, qualisnam pretii habenda essent, ni tuta existimarentur ab omni qualicunque laesione, quin etiam ab Imperantium ipsiusque Legislatoris arbitrio! Quam sententiam lubenter se agnoscere Administer Rerum Judicialium, qui tum erat, cuiusque in Lege Fundamentali condenda non minimae fuerunt partes, publice quoque professus est: »De zekerheid van personen en *eigendommen*," sic enim ait 1), »maakt den grondslag van geheel het maatschappelijk verkeer der menschen uit.

De mensch vervalt tot den staat van het gedierte, zoodra

---

1) Cf. *Circulaire* van 10 Januarij 1849.

hij dit miskent 1); . . . dat alle eigendom zijne waarde verliest, zoodra de zekerheid van bezit ophoudt.

*Elke aanranding van personen en eigendommen is wanorde, en in een vrij land, waar het Volk tot de Regering medewerkt, is een ieder verplicht het zijne tot wering van wanorde bij te dragen 2)."*

Quam ob rem tutissime habeas, certis vinculis ipsum adstringi Legislatorem, nisi Juris Civilis simpliciter, Juris naturae tamen sine ullo dubio, Legibus recepti ac confirmati.

Extra ordinem tamen Legislatori licere, quamvis sub restrictione, privatam aggredi proprietatem, vel etiam aggressionis viam aperire Legislatori futuro, negari nequaquam potest. »Il n'y a pas de droit sans limite," ita HELLO 3) »le droit de propriété n'est pas exempt de cette nécessité sociale; et il est juste de mettre, à bien poser la sienne, la même rigueur qu'à déterminer son caractère.

Il est en présence, ou de l'utilité politique, qui lui est préférable, et à laquelle il doit céder, ou du droit des tiers, qui est son égal, et devant lequel il doit s'arrêter.

L'utilité publique peut avoir deux objets: ou le sacrifice de la chose, moyennant une indemnité préalable, c'est l'expropriation; ou seulement son mode de jouissance; c'est le régime auquel certaines propriétés sont soumises dans leur exploitation, non par le caprice de l'homme, mais par leur nature même."

1) Cf. tamen ea de re THIERS, *du droit de la propriété*, Liv. I, Chap. III, locis jam citatis.

2) Ea quoque verba litteris profecto aureis conscribenda, a Vero Nobilissimo D'ABLAING VAN GIESSENBURG in *Opusculo saepius memorato* afferuntur pag. 46. — Quod principium utinam valuisset in lege ipsa nostra Imperii; sed cheu!

3) C. G. HELLO, *Op. jam laud.* Tom. I, pag. mihi 297.



Publica igitur adesse debet necessitas, ut, praeviâ, si fieri possit, compensatione concessâ, recte aggrediatur proprietatem Legislator; quod etiam docet GROTIUS 1): »Sed hoc quoque sciendum est, posse subditis jus etiam quaesitum auferri per regem duplici modo, aut in poenam, aut ex vi supereminens dominii. Sed ut id fiat ex vi supereminens dominii, primum requiratur utilitas publica; deinde, ut si fieri potest, compensatio fiat ei, qui suum amisit, ex communi. Hoc ergo sicut in rebus aliis locum habet, ita et in jure, quod ex promisso aut contractu quaeritur.

Neque ullo modo hic admittenda est distinctio, quam adferunt nonnulli, juris quaesiti ex vi juris naturalis et eius, quod venit ex lege civili: nam in utrumvis par jus est regis,

---

1) *De Jure Belli ac Pacis*, Lib. II, Cap. XIV, §. 7 et 8. — Hic autem animadvertendum est, GROTIUM aliosque scriptores aestimatissimos etiamnum uti solere locutione: *Imperio Eminente, Supereminens dominio*. Multae sane fuere lites olim in Germania de *dominio Eminente*. Scripta huc spectantia conjunctim edita sunt a LYSERO titulo: *WILHELMI LYSERI pro imperio contra dominium eminens*. Qua de re haec animadvertit BOEHMER, *Introductio in Jus Publicum Universale*, cact. P. spec. Lib. I, Cap. IV *de summa Imperantis potestate* §. XXVII in adnot.: »Potissimae rationes contra dominium eminens sunt, quod principes omnia agant *jure Imperii*, dominium eminens vero det causam Tyrannidi. Sed ita de *termino* lis est. *Dominium eminens* est ipsum jus summum imperantis; sive hoc *dominium* dixeris, sive alio termino utaris, perinde est, modo ipsum jus in salvo sit. Scilicet omne jus subditorum reipublicae necessitatibus subordinatum est, prout necessitas et utilitas reipublicae hoc exigit. Ergo imminente hac necessitate, jus quoque imperanti concessum, disponendi de bonis subditorum, eademque adhibendi ad usus publicos.»

Eminentis vero dominii notioni, quae plerisque recentioribus displicet, tuto, ut opinor, Legislatoris extraordinaria illa auctoritas substitui potest; cf. autem de *eminens dominio* quoque HELLO, *Op. laud.* pag. mihi 299.

nec hoc magis quam illud sine causa tolli potest. Ubi enim dominium aut jus aliud alicui legitimo modo partum est, id ne sine causa ei auferatur, juris est naturalis. Contra si Rex faciat, haud dubie tenetur reparare damnum datum: facit enim contra verum jus subditi;" — et mox §. 6: »Subditorum jus ei dominio subest, *quatenus publica utilitas desiderat.*" Et BYNKERSHOEK 1): »Denique succurrat (Principi) eo jure Imperii eminentis *prudenter utendum, non temere abutendum esse, temere autem abuti Principem, si non idonea ratio in hanc rem cogat, et, si plus auferat, quam omnino necessarium est vel utile in rempublicam. Sin autem urgeat ratio idonea, quicquid auferat, auferat quam minimo subditorum detrimento, et SOLUTO, ex arca communi PRETIO. Qui aliter in animum induxerit suum, praedo potius est, quam Princeps.*"

PUFENDORF 2), de jure Principis agens, existimabat, dominio eminenti locum non esse, nisi flagrante Reipublicae necessitate, ita tamen, ut postremum necessitatis gradum non requirat.

Omnia afferre, quae hac de re scripserunt GROTIUS, PUFENDORF, THOMASII, HUBER, COCCEJUS, BYNKERSHOEK aliique multi, sate supervacaneum videtur; addere tamen liceat MONTESQUIVI sententiam, prudenter hac in re agendum esse monentis 3): »Posons donc pour maxime, que, lorsqu'il s'agit du bien public, le bien public n'est jamais, que l'on prive un particulier de son bien, ou même qu'on lui en retranche la moindre partie par une Loi ou un Reglement politique;" — nec non Anony-

1) *Quaest. Juris Public. II, Cap. 15.*

2) *Lib. VIII. De Jure Nat. et Gentium Cap. V, §. 7.*

3) *DE MONTESQUIEU, Esprit des Loix, Liv. XXVI, Chap. 15.*

mi 1): »Men weet ter goeder trouwe niet, dat er immer een staatkundige (*hilarioris famae*) geweest is, die heeft durven beweerden, dat wanneer een Souverein, hetzij dan Volk of Vorst (want de *persona moralis* is altijd dezelfde) tot het Besluit meende te moeten komen, om aan sommige Ingezetenen hun eigendom, of een gedeelte van dien, te ontnemen, en 's Lands schatkist niet toeliet dezelve daarvoor schadeloos te stellen, hij dezelve kon afzetten met de conclusie, er zal derhalven voor het verlies dezer regten geene schadeloosstelling worden gegeven, even als of die schade, ten voordeele van het algemeen, aan bijzondere personen toegebracht, echter niet door het algemeen, of de geheele maatschappij, in gevalle 's lands kas ledig was, zoude moeten gedragen worden. Zoodanige bewering schijnt voor onze tijden (1803) bewaard te zijn gebleven, en zij spruit gewislijk alleen voort uit een onregtmatig begrip van de Souvereiniteit, hoe en door wien dan ook uitgeoefend, even als of dezelve het onwedersprekelijk vermogen had, om naar mate zij het oorbaar vond, allerhande wetten te kunnen emanereen, zonder omzien, of het regt daardoor al of niet verkort worde.»

Ita Anonymus A° 1803; quid nunc e mortuis si rediret!!

Ex allatis facile concludimus, Legislatorem jus contemnere et pro lubitu privatam aggredi non posse proprietatem. Quippe potestatis eius fines consistunt in *necessitate*, vel saltem *publica utilitate* evidente, nimirum lege confirmata, salva obliga-

1) *Memorie der gronden en redeneeringen*, cact. Opusculum, jam saepius memoratum.

2) *Nederland's Staatsgebreken en derzelveer Geneesmiddelen*, pag. 106.



tione aquae solvendae compensationis, quae, ut aiunt, conditio est, sine qua non, et recte inde, nec non eleganter TOLLIUS: »wat bovendien is," ait, »is geweld en dwingelandy."

Jam vero quod ad quaestionem de reverentia contractuum, ab ipsa Civitate antea initorum, an scilicet Legislator pactis iis teneatur, nec ne, nihil melius tutiusque duxi, quam scriptorum aestimatissimorum, qui sacram illam regulam defendere solebant: *pactorum fides servanda est*, hac de re afferre sententias; quae tamen supra jam in adnotatione animadverti de illa Imperii Eminentis appellatione, hic quoque valebunt.

Quas autem sententias allaturus, non est, quod ignorem, etiam fuisse scriptores, qui Principem omnia posse violare pacta statuerent, — modo umbra justitiae vel aequitatis species servaretur, — sive omnem rationem expediendae salutis publicae honestam esse, modo honestatis obtentum prae se ferat Princeps, ut v. g. effatus est MACHIAVELLUS: »che la patria è ben difesa, in qualunque modo ella se defende, o con ignominia, o con gloria;" et porro: »perche dove si delibera al tutto della salute della patria, non vi debbe cadere alcuna consideratione ne di giusto, ne d'ingiusto, ne di pietoso, ne di crudele, ne di laudabile, ne d'ignominioso, anzi posposto ogn' altro rispetto, seguire al tutto quel partito, che le salvi la vita, e mantenghile la libertà 1)." Vel ut proclamavit MARAT: »Devant cette loi suprême," salus scilicet populi »toutes les autres doivent se taire, et pour sauver la patrie tous les moyens sont bons, tous les moyens sont justes, tous les moyens sont

---

1) *Discorsi di NICOLÒ MACHIAVELLI sopra la prima deca di TITO LIVIO,*  
L. III, 41.

méritoires 1).” Stigmatem autem inusti sunt isti scriptores ab omnibus illis, qui pietatem atque virtutem magni habere et colere solent.

Nec etiam est, quod ignorem, scriptores fuisse et Politicos, quorum agmen ducit PAYNE 2), qui statuerent: nullum Principem negotiis contractis dataque fide obligare posteros.

Neque me fugit, fuisse scriptores et ante PAYNE, post MACHIAVELLUM, qui in omnibus, a Principe initis contractibus vel pactis, hanc, ut dicunt, *clausulam salutarem* subintelligant: *in eodem statu si maneat res, sive, rebus sic stantibus*, atque a pactis recedi posse:

- 1°. Si nova, satis magni momenti, interveniat caussa;
  - 2°. Si eo perducta sit res, unde originem ducere non potuisset;
  - 3°. Sublatâ caussâ contractus;
  - 4°. Contractui contrarium si urgeat necessitas et reipublicae utilitas 3);
- male utentes adagio: »*salus populi suprema lex esto.*”

---

1) *Ami du peuple*, 28 Février 1791.

2) Exstat disputatio Egregii J. D. MEYER: *Dubia de THOMAE PAYNII doctrinâ; in jure publico civitatum posteros ex majorum pactis conventis non obligari*, 1796; cf. J. M. KEMPER, *Nagelaten Verhandelingen en Redevoeringen van Mr. H. C. CRAS*, caet.

3) Quantulumeunque valeant exceptiones illae in Jure Gentium, conferantur KLÜBER, *Droit des Gens modernes de l'Europe*, §. 270; DE MARTENS, *Précis*, caet. §. 300; SCHMALZ, *Das Europäische Völker-Recht*, p. 276, sqq.; SCHMELZING, *Syst. Grundriss des Pract. Europ. Völker-Rechts*, §. 515; CHRIST. OTH. VAN BOEKELEN, *de exceptionibus tacitis in pactis publicis*, cuius doctrinae copiam laudibus extollit BYNKERSHOEK; FREDERICUS II, Borussiae Rex, in *Praefatione Operis*, quod de sui temporis historiâ conscripsit, pag. XIV. Cf. et omnino FR. M. W. TESTA, *Specimen Juris Gentium Inaug.* (Traj. ad Rhenum 1828), *de causis, ob quas Pax cum hoste communi, a gentibus in bello sociis, jure, seorsum condatur*, Cap. altero et scriptores ibi citati.

A quibus factu non prorsus dissentire videtur ULRIC. HUBER 1), de privato dominio, Civitati sive eminenti Dominio subjecto, dicens: »Nam et Civitati aliquod dominium in bona civium tribuitur, quod privata quidem dominia non tollit, sed tamen eminent supra illa. . . . Fundamentum habens in *consensu eorum qui constituunt civitatem*. Quos omnes ita velle manifestum est, ut si contingat, Reipublicae utilitatem non posse custodiri, sine incommodo privatorum, utilitas Publica privatae praeferatur.

Hinc est, quod injuria non fit civibus, quando res suas non modo vendere, sed et sine pretio illis quandoque cedere coguntur; sic tamen ut Respublica, cum primum poterit, ad restituendum teneatur. Quia certum est, populos quam minimo singulorum damno illud eminent dominium fundare voluisse. Denique, ex hac ratione defenduntur innumerae leges, quae duritiam et iniquitatem, contra singulos, utilitate publica rependunt.”

Alibi 2) vero, etiamsi civili vinculo contractus summarum Potestatum *per se* nunquam obstringi, seu cum subditis imperio, sive cum exteris incantur, negans, concedit tamen Jureconsultus ille celeberrimus Jure naturali regnantes obligari: »quia nihil prae caeteris habent mortalibus quam jus certi populi, qui cum ipse legibus naturae totiusque humani generis institutis teneatur, Imperantes iisdem teneri necessum est. Jam promissiones expressae de jure in alium transferendo pleneque

---

1) *De Jure Civitatis*, Lib. I, Sect. III, Cap. VI. *De Juribus Majestatis majoribus*.

2) Lib. I, Sect. IX, Cap. V. *De Fide et Perfidia summarum Potestatum in Contractibus*.



acceptatae sine dubio vim habent obligandi naturalem, jusque perfectum alteri contrahenti tribuunt;” quod et probavit GROTIUS 1): »Quid ni ergo,” ait, »possit transferri et jus in personam, aut ad transferendum dominium (quod jus ipso dominio minus est) aut ad aliquid agendum, quippe cum in actiones nostras par jus habeamus atque in res nostras? Accedit his sapientum consensus: nam quomodo dicitur a Jureconsultis, nihil esse tam naturale, quam voluntatem domini volentis rem suam in alium transferre ratam haberi; eodem modo dicitur, nihil esse tam congruum fidei humanae, quam ea, quae inter eos placuerunt, servare.” caet.

De exceptionibus, supra memoratis, autem BYNKERSHOEK 2): »Postrema utique exceptio, quae ex necessitate atque utilitate Reipublicae fidem fallere permittit, quid, obsecro, aliud est, quam ratio, quam vocant, *status*, bellua illa multorum capitum, cui nemo fere Princeps est, qui resistat? et quid tres priores exceptiones nisi totidem ruptae fidei velamenta? Quisquis una ex his omnibus utitur, mox existimat, a pactis recedi posse, si eorum servata fides, rebus mutatis, in Reipublicae detrimentum vergat, et qui sic existimat, incedit per ignes suppositos cineri doloso: id enim si semel largiaris, nulla omnino causa est, ob quam non impune fallas fidem datam. At, inquires, cum in eo statu Respublica esset, id pactum conducebat, ideoque tunc inivi, nunc autem, mutata rerum facie, pactum nocet, cessat igitur paciscendi causa, neque adeo ex eventu, putandum in id consensisse. Quicquid paciscitur Princeps, paciscitur

1) *De Jure Belli ac Pacis*, Lib. II, Cap. XI, §. 3, 4.

2) *Quaest. Jur. Publ.* Lib. II, Cap. 10.

ad utilitatem Reipublicae suae, et ex hac eius mente obligatur, si secus res cadat, non obligatur, quia revera non consensit, deficiente autem consensu deficit ipsa obligatio.

Si ita disputes, disputas subtilius, quam verius, et simul quaecunque Acta, quaecunque libuerit occasione, rescindes," caet. Et mox: »In publicis privatisque causis verissimum est, quod dixit CICERO, L. II, de *Offic.* prope fin. *Nulla res vehementius Rempublicam continet quam fides.* Promissum igitur, si me audias, etiam tunc servandum, cum id servari Reipublicae non expediat, imo periculosum sit. Ita ipse sentio," caet.

Alibi 1) autem dicens de injuriis, quas peperit et etiam nunc parit *Ratio*, quam vocant, *Status*, BYNKERSHOEK hanc definit: »*Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum.*

Huic monstro," sic pergit, »si semel cedas, semelque tibi indulgeas, aliena non alio loco habere, quam tua, jam frustra est omnis disputatio de *Jure Gentium et Publico.*"

Denique MEYER 2) ita fere dicit: Nonne nova Lex imminuere possit quorundam jurum exercitium? Quis neget! Lex moderatur omnes actiones; potest haec omnia jura regere, immutare, adimere, quaecunque dederit; omnes incolae eius decreto subjacent; sed et *Digna vox est majestate Regnantis legibus alligatum se Principem profiteri*, uti Imperatores THEODOSIUS et VALENTINIANUS in L. 4, Cod. de *legibus* dixerunt; unde si Princeps contraxit, quis dicat, ipsi licere alia lege se obligatione liberare! — Haec jam sufficient.

1) *Op. laud.* Lib. I, Cap. XXV in fine.

2) *Consultatiën*, pag. 45.

Quae cum ita sint, ut ad novissima tempora progrediamur, quid dicendum erit de Legislatore, qui Lege Fundamentali, i. e. Jure Positivo ex Jure Naturali profluens jus dominii agnitum, eadem Lege violare non dubitaverit? Quod fecisse Legislatorem A° 1848, cuique patebit, collatis Articulis 147° et 4<sup>to</sup> Articulorum additiorum ejusdem Legis Imperii: »Art. 147. »Niemand kan van zijn eigendom worden ontzet, dan ten algemeenen nutte en tegen voorafgaande schadeloosstelling.

»De Wet verklaart vooraf, dat het algemeen nut de ont-eigening vordert.”

Art. 4, Artt. add. »De heerlijke regten, betreffende voordragt »of aanstelling van personen tot openbare betrekkingen, zijn »afgeschaft.

»De opheffing der overige heerlijke regten en de schade-loosstelling der eigenaren kunnen door de Wet worden vast-gesteld en geregeld.”

Ubi enim patefacta ac luce clarior, evidens demonstrata est publica illa utilitas Jura Toparchica extinguendi? Contra haec valde addubitabatur, quin et etiamnunc a non paucis in dubium vocatur. Sic verbi caussa jam A° 1797 effatus est TOLLIUS 1): »Men overlegge dan of de welvaart van den Staat de afschaf-fing van dat alles (Heerlyke Rechten, Tienden, Leenplichtig-heid en het geheele Leenrecht) *volstrektelyk* vordere; men overlegge dat men de schade-vergoeding niet zal kunnen doen uit 's Lands Kasse, dewyl de vrucht er van alleen genoten zal worden by die byzondere plaatsen die hunne Heeren heb-ben, by die byzondere Burgers, die Tiend- Leen- Cyns- of

---

1) *Nederland's Staatsgebreken en derzelver Geneesmiddelen*, pag. 106 sq.



Dienst-plichtige goederen, op berekening van alle deze lasten, gekocht of anderszins aangewonnen hebben; deze zullen de voordeelen genieten, het is dus billyk dat ze ook de lasten dragen. Maar men overlegge er by, dat weder aan dezen dergelyk beding ter naauwer nood kan worden opgedrongen, en dat by den Landman echter de begeevening van eenig *Ambt* of *Predikants-plaats*, het missen van een *schoof* koorn, het doen van *Hand- en Spandienst*, gemeenlyk lichter gesteld word dan het geld, waarop het een en ander naar billykheid zoude moeten geschat worden. — De voorgeslagene verandering derhalven is *niet noodwendig verbonden met het algemeen belang*; van 's Landswege mag boven dien de schadevergoeding niet geschieden en die geenen, welke ze zouden moeten opbrengen zullen waarschyntlyk het aangeboden voordeel niet tot den gestelden prys begeeren. — Wat blyft er dus over, dan ook hier in *het oude boven het nieuwe te blyven (verkiezen 1)?*"

Immo Jurum Toparchicorum extinctionem ipsi Fisco nocivam fore, jam existimabant in Juris responso, exh. 25 Febr. 1803 quatuor Reipublicae Advocati VAN TWIST, SCHEPMAN, VITRINGA et VAN DER SPIJK: »Wanneer wij dezelve nu verder be-

---

1) Auctor Anonymus libri; supra memorati (*Memorie ter wederlegging, caet.*) vere haec olim quoque: »Maar hoe kan men nu sterker bewijs hebben, dat »hier zodanige noodzakelykheid ontbreekt, als dat niet slechts kundige Burgers, »maar Collegiën en geconstitueerde Magten daarover met elkander verschillen, en »wel zo zeer verschillen, dat door sommigen wordt betoogd, dat het algemeene »nut, wel verre van eene vernietiging der Heerlyke Rechten *volstrek*t te vorde- »ren, in tegendeel het herstel of herleven derzelve, immers voor een gedeelte, »eischt?"

schouwen, met betrekking tot 's Lands Finantiëel belang . . . .  
zullen wij hier niet herhalen, het geen wij bevorens reeds hebben aangemerkt, dat, namelijk, met het behoud der bovengemelde Eigendommen, importante Sommen zouden bespaard blijven voor die Cas, of voor dat Fonds, waar uit de Schadeloosstelling zoude moeten gepraesteerd worden. — Want, ofschoon zulks, wanneer men de zaak van dien kant beschouwt, zekerlijk in aanmerking moet komen, zoo bedoelen wij eigenlijk, op dit respect, een Finantiëel belang van eenen anderen aart, naamlijk, dat, met de vernietiging dezer Eigendommen, tevens alle successiën, vermangelingen en hypothecatiën van dezelve te gelijk zouden moeten ophouden, en dat ook, daar mede, alle betalingen van het Collateraal, den 40<sup>en</sup> Penning enz., ten dien opzichte zouden vervallen, en alzoo geen gering inkomen voor het Land zoude verloren gaan, hetwelk men, integendeel, zoude behouden, indien ons denkbeeld mogt worden aangenomen.”

Sed et quae iidem ICTi afferebant argumenta, quibus institutionem ac praesentationem Officialium in Toparchiis tuerentur, a veritate multis in locis abhorrere nobis non videntur. Nolumus cum Viris illis universe statuere, etiamnum nostris temporibus Toparchiarum incolas jura politica adeo contemnere, ut sponte ubique institutionem vel praesentationem illam Toparchis exercendam relinquunt, potius quam ipsi jure illo suffragandi fruuntur, at multum non una in regione omnino veritatis inesse putamus iis, quae sequuntur: »Bovendien vergist men zich grovelijk, wanneer men de Eigenaren der Heerlijkheden beschouwt als Liederen, die meestal geene relatie tot zulke Plaatsen of Districten hebben.

Dat zij Eigenaren zijn, geeft al aanstonds eene betrekking, en hier uit wordt voor hun een zeker belang geboren, dat het zoodanige Ambachten welgaat.

Dit is echter niet het eenige, maar het is ook een bekende zaak, dat veele Eigenaaren dier Heerlijkheden, onder het resort van zulke Ambachten, aanzienelijke Goederen bezitten, waar door zij in derzelver welzijn niet weinig zijn geïnteresseerd, gelijk ook geen gering aantal dier Eigenaren, een groot gedeelte van het jaar, zich op hunne Buitenwooning, onder die Jurisdictie gelegen, onthoudt, en meer dan gewoone verteeringen maakt; en eindelijk komt bij dit alles, dat veele dezer Eigenaaren, zulke Ambachten beschouwende, als waren die hunne Eigendommen, daarvoor een zeker attachement gevoelen, en zich willen aangemerkt hebben, als de Patroonen van derzelver Ingezetenen", caet.

Haec aliaque multa quidem effati sunt Reipublicae quatuor illi Advocati in *Juris responso* citato, quibus adstipulatur Anonymus, in *Memoria jam saepius memorata* 1), utilitatem istam nuncupans PRAETEXTAM, *minime autem veram*.

Deinde A° 1848 ubi proclamata est Jurum Toparchicorum extinctio, quis audivit, rationem fuisse habitam *necessariae illius damni compensationis*, cuius mentionem faciebat Art<sup>us</sup> 147 eiusdem Legis Fundamentalis? E contrario, ne addicta quidem est; fortasse ne eius concedendae voluntas quidem adest, quod jura attinet, quae spectat a linea 1<sup>a</sup>. Sponte illam adesse certe non dicemus, nisi taedium afferant Civitati voces summam clamantes iniquitatem; id quod testantur ipsius Mi-

---

1) Pag. 37.



nistri verba: »Zijn er zoodanige (gronden), die luide, zeer »luide spreken, dan zal door deze Grondwet de weg niet af- »gesneden zijn, om zich met die gronden tot de Regering te »wenden, en dan zal deze in overweging kunnen nemen, in »hoeverre zij, behoudens hare verplichting tot de natie, aan »de geuite wenschen voldoen kan; en of er misschien *verplig-* »*ting* bestaat, om van de Vertegenwoordiging gelden te vra- »gen, tot bevrediging van zoodanige eischen der billijkheid 1).”

Jam vero, si futurus Legislator facultate utatur, quam prae- bet ipsi alinea 2<sup>a</sup>, extinguentorum jurum, quae ibi intelli- guntur, ne tum quidem *jubetur*; sed permittitur tantum damni compensatio. De qua injuria ita diserte querebatur Vir Am- plissimus VAN LEEUWEN in consessu d. 24<sup>i</sup> Augusti: »In dezen staat van zaken draagt men ons in Art. 4 van het onderhavige ontwerp voor, niet om die regten op billijke voorwaarden *af-* *koopbaar* te stellen, niet om die des noods op te heffen te- gen eene evenredige *schadevergoeding*; neen! bij het 1<sup>ste</sup> lid worden eenige kortweg afgeschafte en laat het 2<sup>e</sup> lid voor de daarbij genoemde alleen de *mogelijkheid*, het *witzigt* op eenige schadeloosstelling bestaan! Want wij lezen daar: «de ophef- «fing en de schadeloosstelling *kunnen* door de wet vastgesteld «en geregeld worden.”

»En nu vraag ik: is dan wat regt was in 1803, geen regt meer in 1848? Is dan, sedert die zoo geprezen omwente- ling van zaken, met de vorsten, ook het *regt* van den troon gevallen!” caet. Et mox: »maar is het bestaanbaar met eene

1) *Redevoering van den Tijdelijken Minister van Binnenland- sche Zaken, gehouden den 7 Oct. 1848.*

goede justitie, dat wij, die belang hebben bij de opheffing, belang hebben bij de begrooting der vergoeding, dat wij *zelven* hier *regters* zijn in onze *eigene* zaak? Gewis niet, Art. 163 der nog bestaande Grondwet zegt ons: «alle twistgedingen over «eigendommen of daaruit voortspruitende regten, over schuld- «vordering of burgerlijke regten, behooren *bij uitsluiting* tot de «kennisneming der *regterlijke* magt;” en Art. 165 laat er op volgen: «Niemand kan *tegen zijn wil* worden afgetrokken van den «regter, dien de Wet hem toekent.”

»Het voegt dezer *wetgevende* Kamer geenszins die regterlijke magt tot zich te trekken; dat strijdt met hare instelling en met de Grondwet, die elk onzer heeft bezworen, met den eed en de belofte, dat wij niet zouden gedoogen, dat daarvan bij eenige gelegenheid en onder eenig voorwendsel hoegenaamd afgeweken worde!” caet.

Denique ubinam lex, alienationem publicae utilitatis causa imperans 1)? quae in caussa privatorum, si quando eius aderit necessitas, observanda erunt Legis Imperii praecepta, haec quod ad Toparcharum jura attinet, Anno 1848 prorsus neglecta fuere.

E quibus facile deducitur, Legislatorem tum potestatis suae justos excessisse fines.

Tandem quid existimandum sit de Legislatore; pactorum fidem violante, manifestum est e supra allatis Virorum Doctorum sententiis.

In Parte Disquisitionis nostrae Prima abunde probavimus, plus semel, cum superioribus tum novissimis Saeculis, ab ipsa

1) Cf. *Legis Imperii* Art. 147.

Civitate venditas fuisse Toparchias, adjecta speciali sponsionis conditione (*Vrjwaring*) 2).

Ergo hoc quoque respectu Legislator sibi non constitit et arbitrio suo nimis indulsit.

Quibus omnibus perpensis, compensandi officium Civitati incumbere cum ex *aequitalis* regulis, tum etiam consentaneum *Justitiae* praeceptis secundum jus *et* Naturale *et* Positivum, satis superque domonstrasse nobis videmur.

Et haec quidem in re tam gravi afferenda duximus: pugnare enim si unquam oportebat pro juris domini sanctitate, cheu! nunc vigilandum est, dum saevit Communismi ac Socialismi pestis per totam Europam; — cheu! nunc est, dum excellentioris ingenii Viri oris facundia abutentes et mira scribendi facilitate pravam istam dementiam adeo propagant. Et tamen, num tristiori ac magis horrendo exemplo unquam potuit praemoneri genus humanum, quo prorumpat ista non refrenata dementia! Nonne ipsa docet Gallia? Thesis famosa illa: »la propriété c'est le vol," bello civili propugnata, caede incendioque opulentissimam illius Regionis Civitatem inquinavit, labaverunt solia, subversa jacent! Injuriae atroces abominandas in iniquitates accumulatae! Ubinam finis! Vocem ergo extollatis vos omnes, pugnare qui vultis pro dominio, jurum omnium vestrorum uno imprimis sacro.

1) Cf. huius *Disquisitionis* P. I. pag. 56 sq.





## QUAESTIONES.

---

### I.

Non facit praescriptio, quae actione opponitur, ut obligatio non maneat.

### II.

In lege 3, §. 14 D. de acquirenda vel amittenda possessione, lectio: *squae in silvis circumseptis vagantur* probanda.

### III.

Pactum incontinenti adjectum stipulationi, etiam ad commodum stipulatoris, non contra eum duntaxat, actionem formare potest. Ut recte defendit MERILLUS, item NOODTIUS noster.

### IV.

Noxiae ratio ac mensura (*Maasstab der Strafbarkeit*) secundum Theoriam Feuerbachianam Coërcitionis Psychologicae, quae

dicitur, (*Theorie des Psychischen Zwanges*), minus accurata mihi videtur.

V.

Restitutio damnatorum (*Rehabilitatie*) mixti juris est; pertinet enim cum ad Jus Gratiae Principis, tum ad munus Judicantium.

VI.

Quod certum profiteatur Cultum Divinum Civitas non inutile videtur; nunc enim v. g. nostra Civitas, ut sibi constet, sanctitatem feriarum tantum Protestantium ex religiosis principiis tueri stricto jure non potest.

VII.

Dominii notio naturae humanae quasi innata est, ita ut non necesse sit e Civitatis sive Societatis necessitate petatur.

VIII.

Apprehensio fraudulosa ferarum in fundis, sudibus seclisis venatoriis, furtum dicenda foret.

IX.

Domino a fundis suis, fossis cinctis, venatores arcere vel repellere licet.

X.

Improbanda videtur Consult. w. c. d. OLIVIER (*Proeve over de beperkingen van den Eigendom door het Politieregt*, Leyden,



1847, pag. 210) explicatio Articuli Codicis nostri Civilis 577, (cf. hujus Spec. pag. 159 sqq.).

XI.

Omnino distinguendum est Jus Toparchicum *et* a Jure Feudali, *et* a Jure simplicis fundi dominii. (cf. hujus Spec. Part. I, §. 1).

XII.

Improbanda videtur ab Administro data explicatio verborum Legis Imperii: »*zijn afschaft*,» (cf. hujus Spec. p. 54).

XIII.

Verba Legis Imperii *opheffen* *et* *afschaffen* Art<sup>o</sup> 4<sup>o</sup> Art<sup>orum</sup> addit<sup>orum</sup> minus recte adhibita sunt, (cf. hujus Spec. pag. 77 sqq.).

XIV.

Bene distinguendi sunt fundi communes, proprio sensu, a fundis Communitatis *et* a Marchis. — (cf. hujus Spec. pag. 136 sqq.).

XV.

Si quis fundo cuidam, Juri Retractus obnoxio, fundos adjunxit alodiales, ille, cui Jus Retractus competit, emtione venditione fundorum conjunctorum perfecta, suo jure uti cupiens, coactus erit, unâ cum fundo Juri Retractus obnoxio, *et* adjunctos quoque fundos retrahere, (cf. hujus Spec. pag. 191 sqq.).

XVI.

Non audiendus videtur Consult. J. L. VAN REEDE, in Specimine Inaug. de *Principiis Juris Venationis*, pag. 12, statuens, CAROLUM V Edictis suis de re Venatoria alios fundos subjecisse, quam *sua* diserta, *suas* forestas, *suas* dunas sive quemadmodum dicitur *suos ipsius agros: »syn proper domeyn,»* (cf. hujus Spec. pag. 197 sqq.).